D primaz questionem in qua queritur vtrum beatus iohannes bene respondit ad interrogationez sibi facta per sacerdotes ⁊ leuitas. Tu quis est. ⁊ videtur ꝙ non. ¶ Primo in hoc ꝙ respondit. Non sum ego xps cum de hoc non videatur fuisse interrogatus. ¶ Scdo videtur male respondisse cum dixit se non esse helyam. cum Matth. xj. xps dicat de eo. Ipse est helyas. ¶ Tertio videt male respondisse cum interrogatus si esset ꝓpheta respondit. se non esse ꝓphetaz. ¶ Quarto videt male respondisse cum interrogatus dicat se esse vocem clamantis in deserto. ¶ In oppositum est. qz iohannes cum esset repletus spusancto ex vtero matris sue ⁊ per consequens illuminatus a deo. ꝓgrum fuit vt non responderet nisi bene. ¶ Ad rationes in oppositum respondet. ¶ Ad primam dicit. ꝙ lz expresse non fuerat interrogatus an esset xps. ista tamen erat intentio illorum querendi ⁊ sciendi an esset christus. Cum enim tempore quo viuebat iohannes esset famosa opinio ⁊ maxime i hierusalem vbi vigebat studium legis ⁊ pro-

phetarum. ꝙ tempus aduentus
messie esset de proximo. ⁊ mes-
siam de proximo expectabant.
Preterea videbāt iohannis ba-
ptiste mirabilem, natiuitatem ⁊
eius excellentē sanctitatē. ideo
erant moti ad opinandū ipsum
esse christū. propter quod mise-
runt solēniores nuncios ad Jo-
hānem. volētes super hoc scire
voluntatē eius. ⁊ ita recte bea-
tus iohannes dicens se non esse
xp̄m respōdit intētioni eorum.
Hoc enīz querebāt. tu quis es.
vt respōderet eis si esset xp̄s vel
non. ¶ Ad secundā dicit ꝙ opti
me respondit negando se esse he
lyam. quia ita erat in veritate ꝙ
nō erat helyas in persona. Xp̄s
autem dixit eum helyam nō in
persona. sed in spiritu ⁊ virtute
quia scilz similitudinē helye in
suis operibus demōstrabat. Et
hoc specialiter in trib⁹. Primo
in officio: quia sicut helias secū
dum domini aduētū preueniet.
ita iohānes p̄cessit primū. Un-
de angel⁹ dixit Luce. j. Ipse pre
cedet ante illum. Secūdo in au
steritate vite. qz helyas in deser
to morabat. parce vtebat cibo.
et duris vestibus operiebat. vt
dicitur. iij. Reg. xvij. Ita iohanne
in deserto esca ei⁹ erant lo-
custe ⁊ mel silueſtre. ⁊ zona eius
de capillis camelorum. Tertio
ꝙ ꝛ̄ uz ad zelum. quia helyas ma
xime zeli fuit. Unde dicebat. iij.
Reg. xix. Zelo zelatus sum. sic
⁊ iohannes zelo veritatis mor-
tuus est. ¶ Ad tertiā respondet
ꝙ bene respōdet negādo se esse
prophetam. Negauit quidem se
esse prophetam. nō absolute sed
illum excellētissimū de quo ipsi
querebāt. et de quo scriptura lo
quitur Deut. xviij. Suscitabit
vobis dominus prophetā de fra
tribus vestris ⁊c. que scriptura
ad litterā est intelligēda de chri
sto. Uel negauit se esse prophe-
tam quia non fuit propheta sim
pliciter siue tantum. sed plus ꝙ
pheta. Alij nanq̄z prophete so-
la futura predicabant et a remo
tis. Johānes vo christū presen-
tem nunciauit digito ostendēs.
dicēs. Ecce agnus dei. ecce qui
tollit peccata mūdi. ¶ Ad quar-
tam respondetur. ꝙ etiam bene
respondit dicens ꝙ esset vox cla
mantis in deserto ⁊c. Beatus
enim iohannes cum esset deuo-
tissimus adimplens qd apostolus
dicit ad Gal. ij. s. Uiuo ego
iam nō ego sed viuit in me xp̄s.
Non respōdit ego sum filius za
charie vel talis ⁊ talis. sed illud
in quo christuz sequebat. Unde
dixit. Ego vox clamantis ⁊c. Di
cit autem se vocē esse. quia vox
origine posterior est verbo sed
noticia prior. Nam verbū in cor
de conceptū per vocem prolatū
cognoscimus cuz sit signū eius.
Deus autem pater precursorez
misit iohannē in tempore factū.
vt verbum suū ab eterno conce-
ptum annūciaret. Et ideo ꝛgrue
dicit iohānes. Ego vox claman-

tis in deserto. s. iudee. dirigite viaz domini. id est. ego sum ille de quo scriptura sancta loquit. Esa. xl. Ego vox clamantis in deserto. vt homines se ad aduentū christi in mūdum preparent. Et sic patet ꝙ iohannes in omnib⁹ bene respondit ad interrogationem sibi factam Tu quis es.

D secūdaz questionē qua queritur. vtrū fuit conueniens iohānem baptizare sic ꝓceditur (vt habet. 3. parte. q. 38. ar. 1.) Et videtur ꝙ non. Primo sic. Omnis enim ritus sacramētalis ad aliquā pertinet legem. sz iohānes non introduxit nouaz legē. ergo inconueniens fuit ꝙ iohannes nouum ritum baptizandi introduceret. ¶ Secundo sic. Johannes fuit missus a deo in testimonium tanq̄ ꝓpheta. fm illud Lu. j. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis. sz ꝓ hete ꝯ fuerunt ante christū non introduxerunt nouum ritum. sz ad obseruantiam legaliū iducebāt. vt pz malach. vlt. Memētote moysi serui mei ergo nec iohānes nouum ritum baptizādi iducere debuit ¶ Tertio sic. Ubi est alicuius rei supfluitas. non est ad illud aliud addendū. sz iudei excedebant in supfluitate baptismaꝝ vt ꝟ. mar. vij. Qꝯ pharisei ⁊ oēs iudei nisi crebro lauent manus non manducant ⁊ in sero nisi baptizātur non comedunt ⁊ alia multa que tradita sunt illis seruare. vt baptisma calicum ⁊c. ergo inconueniens fuit ꝙ iohannes baptizaret. ¶ Quarto sic. baptism⁹ iohannis non videtur esse a deo. ergo inconueniens fuit: iohānem talem ritum introducere. consequētia pz. antecedēs ꝓbatur sic. Nihil enim sacramentale qꝯ est a deo denominat̄ ab hoīe puro. Uñ baptismus noue legis nō dicitur petri aut pauli. sz baptismus denominatur a iohāne. Dicitur enim baptismus iohannis ergo nō est institut⁹ a deo. ¶ Quinto sic. alia sacramenta nō habuerunt assuefactoria. ergo nec baptism⁹ christi debuit habere baptismum iohannis. vt assuefaceret homines ad baptismū christi. ¶ In oppositoz est euāgeliū presens ⁊ Matthei. iij. vbi premissa sanctitate iohannis subditur ꝙ exibant ad eum multi ⁊ baptizabātur in iozdane. ¶ Rūdeo dicendum sub ista cōclusione. ꝙ conueniēs fuit iohānē baptizare. Que conuenientia colligitur ex quattuoz. Primo qz opoztebat xp̄m baptizari a iohe vt baptismuz cōsecraret vt dicit augu. super iohem. Secundo vt xp̄s manifestaret̄. Uñ iohānes baptista dicit iohis. j. Ut manifestetur. scz xp̄s i israel ꝓptereaveni ego in aqua baptizans. Concurrentibus enim turbis annunciabat

christus. Quod quidem facilius sic factum est q̃ si per singulos discurrisset. vt chrysostomus dicit super iohānem. Tantū enim officium iohannis predicando ⁊ baptizando ordinabat ad manifestationē christi. Tertio vt suo baptismo assuefaceret hoīes ad baptismum christi. Unde. Grego. dicit in quadam omelia. q̃ ideo baptizauit iohānes. vt precessionis sue ordinem seruans qui nasciturū dōm nascendo p̄uenerat baptizādo quoq̃ baptizaturū p̄ueniret. Quarto vt ad penitentiam homines inducens prepararet ad digne suscipiendum baptismum christi. Unde beda dicit q̃ q̃tum cathecuminis nōdum baptizatis ꝓdest doctrina fidei tantū profuit baptismus iohannis ante baptismus christi. quia sicut ille predicabat penitentiā. ⁊ baptismum christi pronunciabat. et in cognitionem veritatis qua mūdo apparuit attrahebat sic ministri ecclesie q̃ primo erudiunt. postea peccata eorum redarguunt. deinde baptismo christi remissionem ꝓmittunt. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequētiam. Et ratio est. quia baptismus iohannis non erat per se sacramentum sed quasi quoddam sacramentale disponēs ad baptismus christi. ⁊ ideo aliqualiter pertinebat ad legem christi nō autem ad legem moysi. ¶ Ad secundam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia iohannes non solum fuit ꝓpheta. sed plusq̃ propheta. vt dicitur Matth. xi. Fuit enim terminus legis ⁊ initius euangelij ⁊ ideo magis pertinebat ad eus verbo ⁊ opere iducere homines ad legem christi. q̃ ad obseruantiam veteris legis. ¶ Ad tertias respondetur. negando consequētias. Et ratio est. quia baptismata illa phariseorū erant in aqua vt pote ad solas mundiciam carnis ordinata. Sz baptismus iohannis ordinabatur ad mundiciam spiritualē. Inducebat enim homines ad penitentiam vt dictum est. ¶ Ad quartam respondetur. negando assumptum. Nā dicitur Johan. ꝓmo. Qui me misit baptizare in aquis ille dixit mihi ꝛc. Et ita baptismus iohānis fuit institutus precepto diuino. Unde ritus ille baptizandi non fuit ab hominibus sed a deo qui familiari spiritussancti reuelatione iohannem ad baptizandum misit. Et ita iohannes primus minister fuit institutionis. ⁊ de? actor principalis. Dō autem denominetur a beato iohanne est ꝓpter tria. vt dicit sanctus thomas in quarto. Tuz primo. quia ipse fuit baptismi institutor aliquo modo. Petrus autem nullo modo baptismi quo ipse baptizabat. Tum secundo. quia nihil in illo baptismo efficiebatur q̃ iohannes non faceret. Tum tertio. qz soli deo erat

datum illius baptismi ministerium. ¶ Ad quintam respondetur. negando consequentiam. qr vt dicit dominus bonauentura. non est simile de baptismo christi et de alijs sacramentis. quia cum baptismus est primum ⁊ necessariuz cōgrue habuit preambulum. quia enim est necessariū oportebat omnes suscipere. quia primuz ne homines inabiles essent ⁊ impparati. oportet ꝙ precederet aliquid simile. nō est sic de alijs sacramentis. Baptism' enim susceptus disponit ad cetera alia. ⁊ ideo non indiguit alia assuefactiōe. imo assuefactio baptismi ad alia assuefecit.

D tertiam questionem in qua queritur. quia dicitur in euangelio de xpo. Medius vestrum stetit. id est. conuersatus est. Utrū cōueniēs fuit vt christus inter homines conuersaretur vel vitam solitariaz ageret. sic proceditur (3.parte.q.40.ar.1.) Et videtur ꝙ non fuit conueniens eum inter homines conuersari. ¶ Primo sic. oportebat ꝙ christ' sua conuersatione non solum se hominem ostēderet. sed etiaz deū. Sed deum nō conuenit cum hominibus cōuersari. Dicit enim danielis. ij. Exceptis dijs quorum non est cum hominibus cōuersatio. Et pbus dicit primo politicorum. ꝙ ille qui solitarie viuit. aut est bestia si propter seuitiam hoc faciat. aut est deus si hoc facit propter contemplādam veritatem. ergo videtur ꝙ non fuit cōueniens christum inter homines conuersari. ¶ Secundo sic. christus dum in carne mortali vitit debuit perfectissimam vitam ducere. Perfectissima autem vita est contemplatiua ad vitā autem contemplatiuam maxime cōpetit solitudo. fm illud osee. ij. Ducam in solitudinem et loquar ad cor eius. ergo videtur ꝙ christus debuit solitariam vitam ducere. ¶ Tertio sic. conuersatio xpi debuit esse vniformis. quia semp debuit in eo apparere quod optimū est sed quandoqz christus solitariā vitā querebat turbas declinās. Uū remigius dicit super matheum. ꝙ christus tria refugia legitur habuisse nauim. montez et desertum. ad quorum alteruz quotienscunqz a turbis comprimebatur condescendebat. ergo semper debuit solitariam vitam ducere. ¶ In oppositum est euāgeliuz presens vbi dicitur. Medius vestrum stetit. id est. inter vos conuersatus est. ⁊ vitam cōmunem vobiscum ducēs. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. Conuenientissimū fuit christum conuersari inter homines. Patet conclusio. primo ex illo baruth. iij. Post hec i terris

visus est ⁊ cum hominibus conuersatus est. Ratione sic ꝓbat. Cõuersatio christi talis debuit esse vt conueniret fini conuersationis ꝓm quem venit in mũdũ. Venit autem in mundum. Primo quidem ad manifestandum veritatem. sicut ipse dicit Job. xviij. In hoc natus sum ⁊ ad hoc veni in mundum vt testimoniũ perhibeam veritati. et ideo non debebat se occultare vitam solitariam agens. sz in publicum ꝓcedere publice predicando. Vñ Luce. iiij. dicit illis qui volebãt eum detinere. Quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnũ dei. quia ideo missus sum. Secundo venit ad hoc vt hoies a peccato liberaret. ꝓm. illud. j. Timo. j. Christus iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere. Et ideo vt Chrysostomus dicit. Licet in eodem loco manẽdo posset christus homines ad se trahere: vt eius predicationem audirent. nõ tñ hoc fecit prebens nobis exemplum vt perambulemus et requiramus pereuntes sicut pastor ouẽ perditam. ⁊ medicus accedit infirmum. Tertio venit vt per ipsum habeamus accessũ ad deũ vt dr ad Romanos. v. Et ita familiariter cum hominibus conuersando cõueniens fuit. vt omnibus fiduciam daret ad se accedendi. Vñ dictum est Matthei. ix. Factum est discumbẽte eo in domo. Ecce multi publicani et pctores veniẽtes discũbebãt cũ iesu ⁊ discipuli eius. ¶ Ad rõnes in oppositũ. Ad ꝓmã rñdet negãdo consequentiã. Et rõ est. quia christus per humanitatem suam voluit manifestare diuinitatem ⁊ ideo cõuersando cũ hominib⁹ qd̃ est ꝓpriũ hoĩs manifestauit omnibus diuinitatem suã predicando ⁊ miracula faciendo ⁊ innocenter ⁊ iuste inter hoĩes conuersando. ¶ Ad secdam rñdet negando cõsequẽtiam. Et rõ est. qz vita cõtemplatiua simpliciter sit melior q̃ actiua q̃ occupatur circa act⁹ corporales. actiua tñ ꝓm quã aliq̃s predicãdo ⁊ docẽdo cõtẽplata alijs tradit est perfectior q̃ vita que solũ cõtẽplat̃ qz talis vita presupponit abũdãtiam cõtemplatiõis. ⁊ ideo xp̃s talẽ vitã elegit. ¶ Ad tertiã rñdet negãdo assumptũ. Et rõ est. quia actio christi fuit nostra instructio. ⁊ ideo vt daret exẽplũ predicatorib⁹ q̃ nõ semper se darent in publicũ. iõ q̃nq̃ se dñs a turbis retraxit. Qd̃ quidẽ legit̃ fecisse ꝓpter tria. Q̃nq̃ quidẽ ꝓpter corporalẽ quietẽ. Vñ mar. vj. dr q̃ dñs dixit discipulis. Venite seorsum in desertũ locũ ⁊ requiescite pusillũ Erãt enĩ qui veniebãt ⁊ redibãt multi ⁊ nec spaciũ mãducãdi habebãt. Q̃nq̃ vo causa orationis. vt dr. Luce. vj. Factũ est in illis diebus Exijt in montem orare ⁊ erat pnoctãs in orõne. Vbi dicit Amb. q̃ ad p̃ceptaꝝ tutis sue nos informat exẽ

plo. Quandoq; vo vt doceat fauorem humanum vitare. Vñ super illud Matt. v. Videns iesus turbas ascendit in montez. dicit chryso. Per hoc q̃ non in ciuitate ⁊ foro. sz in mõtez solitudine sedit. erudiuit nos nihil ad ostentationem facere ⁊ a tumultibus abscedere. ⁊ maxime cum de necessarijs disputare oporteat. et tantum de ista conclusione.

Eria quarta quattuor tẽporuz est illud euãgeliũ Lu. j. Missus est angelus ⁊c. Circa qd̃ questiones disputandas quere in festo annunciationis marie.

Eria sexta euãgelium est Exurgens maria. Lu. primo. Disputãda super hoc quere in festo visitationis marie.

In die sabbati euãgeliũ est. Anno. xv. Luce. iij. Venit scz iohẽs i omnem regionem iordanis predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum Circa qd̃ venit disputandum.

Trum baptismus iohãnis cõferebat gratiam. Et videt q̃ sic (Nã vt arguit. 3. pte. q. 38. ar. 3.) et euangelio pñti vbi dz q̃ predicabat baptismũ penitẽtie in remissionem peccatorum. Penitẽtia autẽ ⁊ remissio peccatorũ est per gratiaz. ergo baptismus iohãnis conferebat gratiã. ¶ Secundo sic. baptizandi a iohanne cõfitebantur pctã sua. vt habet. mat. iij. ⁊ mar. j. Sz pfessio peccatoꝝ ordinabat ad remissionẽ q̃ fit p gratiaz. ergo baptismꝰ iohis pferebat gratiam. ¶ Tertio sic. baptismꝰ iohis ppinquior erat baptismo xpi q̃ circũcisio. sz circũcisio pferebat gratiaz p quã remittebat pctũ originale. ergo idez qd̃ primus. ¶ Quarto sic. si baptismꝰ iohis nullũ habebat interius effectũ. cũ ablutio carnis parue aut nullꝰ sit vtilitatis. videt q̃ baptismꝰ iohis nõ fuit acceptandus nec approbãdꝰ. sz hoc nõ videt dicẽdũ. ergo baptismꝰ iohis aliquam interiorꝰ efficatiã habuit ⁊ nõ nisi gratiaz cõferẽdo. ergo ⁊c. ¶ In oppositum arguitur ex illo. mat. iij. vbi inquit iohes. Ego q̃dem baptizo vos in aqua per penitẽtiã. qd̃ exponẽs greg. in quadaz omelia dicit. Johãnes nõ in spũsctõ. sz i aqua baptizabat. qz pctã soluere non valebat. sz grã

est a spūsancto, ⁊ per eū pctā tol
luntur ergo baptismus iohānis
gratiam non conferebat. ¶ Re-
spondeo dicēdū sub ista ꝛclusio
ne. q baptism⁹ iohānis grām nō
ꝛferebat cum esset opatio hois.
Gratia aūt non pōt ab hoīe con
ferri. Que ꝛclusio sic declarat. si
cut supra dictū est. Tota doctri
na ⁊ opatio iohānis ꝑparatoria
erat ad christuz. sm illō. Johan
nis. j. Gra er veritas p iesum fa
cta est. et ideo baptism⁹ iohānis
grām nō cōferebat. sed soluz ad
gratiam preparabat Et hoc tri-
pliciter. Uno quidem modo per
doctrinā iohānis inducentē ho
minē ad fidē christi. Alio mō as
suefaciēdo hoies ad ritū baptis
mi christi. Tertio mō per pniaz
preparādo homines ad suscipi
endum baptismū christi. ¶ Ad ra
tiones in oppositū. ¶ Ad primā
respondetur iuxta glo. q aucto
ritas sic exponēda est. vt referat
ad baptismata diuersa. hoc mō
erat iohānes baptizās. s. baptis-
mate suo et ꝑdicans scz baptis-
mū christi. qui est in remissionē
pctōrū. Si aūt referatur vtrūq;
ad baptismū iohānis. tūc ōr pre
dicare baptismū in remissionez
pctōrū. Nō ideo. qa hoc ipse pfi
ceret. sed quia ad hoc imponen
do dignos fruct⁹ pnie agere di-
sponebat ⁊ prepabat. Ad secōam
rndetur negando consequentiā.
Et ratio est. quia confessio illa
peccatorum nonfiebat ad remis
sionez pctōrū statim pbaptismū
iohānis exibēda. sz ꝛsequendaz
per pniaz ꝛsequentē ⁊ baptismū
xpi ad quem pnia illa ꝑparabat.
¶ Ad tertiā respondet negando
consequētiam. Et ratio est. quia
q̄uis baptism⁹ iohānis magis
cōueniret cū baptismo christi q̄
circuncisio q̄tum ad materiam.
non tamen conueniebat magis
quo ad causam institutionis. qz
circūcisio instituta fuit in reme
dium ꝛtra originale peccatum.
baptismus aūt iohānis nō erat
ad hoc institut⁹. sed soluz erat ꝑ
paratorius ad baptismū christi
vt dictum est. Sacramenta aūt
ex vi sue institutionis suum hnt
effectum. ¶ Ad quartam respō
detur. negando consequētiam.
Et ratio est. quia licet baptism⁹
iohānis interius non purgaret.
non tamē erat inutilis. qz istrue
bat ⁊ ꝑparabat ad baptismū chri
sti de cuius vtilitate dictum est
in ratione ad primum argumen
tū. ⁊ tantū de hac questione.

In vigilia
Natiuitatis
christi ē euā
gelium. In il
lo tpe Cū es-
set despōsata
mat iesu ⁊c.
Mat. j. Circa qd multe questio
nes disputāde venirēt. iter quas
he sunt que sequūtur. ¶ Prima
vtrum christ⁹ debuit de virgine
despōsata ꝛcipi. ¶ Secūda vtrū
inter mariā ⁊ ioseph fuit pfectū

matrimoniū. ¶ Tertia vtrū pdictum matrimonium fuit aliquādo psummatū. ¶ Quarta vtrum xps sit dicēd⁹ pcept⁹ de spūsctō.

D primam questionē quaerit. Utruz fuit pueniens q̄ christus de ỷgine despōsata conciperent proceditur sic. Et videt q̄ non. ¶ Primo sic (vt habet .3.par.q. 29.ar.1.) Despōsatio ad carnalem copulam ordinatur sed mater dei nunq̄ voluit carnali viri vri copula. qz hoc derogat virginitati mētis ipsius. ergo non debuit esse despōsata. ¶ Secundo sic. Qd̄ christ⁹ ex virgine nasceretur miraculum fuit. vt patz. z est dictū augustini in epla ad volusianū. sz miracula que fiūt ad cōfirmationē fidei debēt ēē manifesta. cū ergo p despōsationez hoc miraculum fuit obumbratū videt nō fuisse cōueniēs q̄ christus despōsata nasceret. ¶ Tertio sic. causa que assignat ab aliquib⁹ desponsatiōis btē marie est. s. vt ptus celaret diabolo dū eum putat non de virgine sz de vroze generatuz nulla esse videt tū quia diabolus ea q̄ fiunt corporaliter pspicacitate sēsus cognoscit: tū qz per multa euidentia signa postmodum demones aliqualiter christū cognouerunt Unde .Marci. 5. q̄ hō spū ūmundo plen⁹ exclamauit dicēs Quid tibi z nobis iesu nazarene. venisti pdere nos. scio q̄ sis sanctus dei. nō ergo videt cōueniēs fuisse q̄ mater fuisset desponsata. ¶ Quarto. Nec ratio assignata a hiero. videt valere in qua dicit. Ne sez lapidaret mater dei a iudeis sicut adultera. qz si nō fuisset despōsata non posset de adulterio pdēnari: ita nō videt rōnabile q̄ xps de desponsata nasceretur. ¶ In oppositū ē euāgeliū psis. ¶ Rūdeo dicēdū sub ista cōclusiōe. q̄ pueniēs fuit christuz de desponsata ỷgine pcipiet nasci. Patz pclusio Lu. 5. Missus est angel⁹ gabriel ad ỷginem despōsatā viro cui nomen ioseph. ¶ Ista aūt cōueniencia colligit ex multiplici capite. tum ppter xpm. tū ppter matrē. tū propter nos. Propter christū quadruplici rōe. Prima q̄dē ne ab infidelibus tanq̄ illegitime nat⁹ abhiceret. Et est rō ambrosij sup lucā. (sic dicentis. Quid iudeis quid herodi posset ascribi si natuz viderentur ex adulterio persecuti.) Secūda. vt consueto modo eius genealogia per virum describeretur. vt dicit ambrosius vbi supra. Tertia ad tutelā puri nati. ne diabolus ptra euz vehementius nocumenta pcurasset. Et iō ignati⁹ dicit ipsaz fuisse desponsatā vt ptus eius celaret diabolo. Quarta vt a ioseph nutriret. Unde pt̄ ei⁹ dictus est q̄si nutricius. ¶ Fuit ēt pueniēs ex

parte virginis. Primo ꝗdem qꝛ p hoc redditur immunis a pena ne ſcz lapidaret. vt hieronym⁹ dicit. Secundo vt p hoc ab infamia liberaret. Vñ Ambro. ſup lucā dicit ꝙ deſpōſata eſt. ne in temerate virginitatis adducere tur ifamia cui granis aluus coꝛ ruptele inſigne preferre videret Tertio vt ei a ioſeph miniſteriū exhiberet vt hieronymus dicit. ¶ Ex pte etiam noſtra hoc fuit conueniens. Primo ꝗdem. eo ꝙ teſtimonio ioſeph cōprobatū eſt chriſtuz ex virgine natū. vt dicit ambroſius ſup lucā. Secūdo qꝛ ipſa verba virginis magis credibilia reddunt ſuā virginitatē afferentis. vt ait Ambroſi⁹. ſup lucaz. Tertio qꝛ p hoc deſignat vniuerſalis eccl'ia q̄ cū virgo ſit deſponſata tñ eſt vni viro. ſ. chriſto. vt auguſtin⁹ dicit in libro de ſancta ꝟginitate. Quarto. qꝛ ꝙ mater dñi fuit deſpōſata ⁊ ꝟgo. in pſona ipſi⁹ ⁊ virginitas ⁊ matrimoniū honoraꝛ. ꝓtra hereticos alteri hoꝝ ꝑtrahētes. ¶ Ad rōes in oppoſitū. ¶ Ad primā reſpondet negādo conſequentiā. Et rō eſt quia licz deſpōſatio regulariter ad carnalem copulaz ordinatur. beata tamen ꝟgo maria ex familiari inſtinctu ſpirit⁹ ſancti credēda eſt deſpōſari voluiſſe. confidens de diuino auxilio qd̄ nunq̄ ad copulā carnalez pueniret. hoc tñ diuino commiſit arbitrio vñ i nullo paſſa ē virginitatis detrimentuz. ¶ Ad ſecundam reſpondet negādo conſequentiam. Et ad pbationem. cuz dr. ꝙ miracula ⁊c. Rñdet ꝙ miraculoꝝ dei quedā ſunt de ꝗbus eſt fides. ſicut miraculū virginei ptus. ⁊ reſurrectiōis dñi. ⁊ etiā ſacramēti altaris ⁊ iō voluit dñs iſta occultioꝛa eſſe vt fides eoꝝ magis meritoria eſſet. Quedā vo miracula ſ. t ad fidei ꝓbationez. vt miracula q̄ chriſtus illuminādo cecos ⁊ alias infirmitates ſanando ad cōprobationem ſue diuinitatis fecit. et iſta dicunt eſſe manifeſta. Partus aūt virginis de primo genere miraculoꝝ eſt. nō de ſcdo. ⁊ iō non pcedit rō. ¶ Ad tertiā rñdetur ꝙ rō illa ignacij bona eſt. Et ad probationez ꝙ non. Rñdetur iuxta auguſtinū. iij. de tri. ꝙ diabolus multa poteſt ꝟtute ſue nature a ꝗbus tñ phibetur virtute diuina. Et hoc mō pōt dici ꝙ virtute ſue nature diabol⁹ poterat matrē dei cognoſcere non fuiſſe coꝛruptā ſed virginē. phibebat tamē adeo cognoſcere modū ptus diuini. Qd̄ autē poſtmodum chriſtū aliqualiter cognouit diabol⁹ eſſe filiū dei. nō obſtat. qꝛ iā tps erat vt chriſtus ſuā virtutem ꝓtra diabolū oñderet. ⁊ pſecutionem ab eo ꝓcitatā pateret. ſz in infantia opoꝛtebat ipedire malitiam diaboli ne eū acri⁹ pſequeretur qñ chriſtus nec pati diſpoſuerat. nec virtutē ſuā oñdere. ſz in omnibus alijs infantibus ſe ſimilem exibebat. Unde leo pa-

pa in sermone epiphanie dicit. ꝙ magi inuenerunt puerum iesum ꝙtitate puū alienę opis indigentē. fandi impotentez. ⁊ nulla ab humana infantie generalitate discretū. ¶ Ad quartam respondetur. ꝙ ratio non pcedit. quia iudicio adulterarū lapidabatur ꝑm legē nō solū illa q̄ iam erat despōsata vel nupta. sz etiā illa que i domo patris custodiebatur vt virgo quādoq̄z nuptura vt colligit Deut. xxij. Quidā referūt dictū hiero. ad lapidationem infamie.

D secūdam questionē qua queritur. vtrū inter mariam ⁊ ioseph fuit pfectū matrimonium. sic proceditur. Et videt ꝙ non. ¶ Primo sic (vt habet. 3. par. q. 29. ar. 2.) Dicit enim hiero. ōtra elidium ꝙ ioseph marie custos fuit potius ꝙ maritus. sed si fuit vez matrimonium vere ioseph marit⁹ ex⁹ fuisset. ergo videt ꝙ nō fuit vez matrimonium inter mariā ⁊ ioseph. ¶ Secūdo sic ex pte cause Consensus enim simplex ⁊ absolutus causat matrimoniū simpl'r. non autem cōsensus cōditionatus. sed consensus beate virgis fuit ꝓdionatus. ergo non causabat matrimoniuz simpl'r. sed ꝑm quid ⁊ ita imperfectum. Tertio sic ex parte fidei. Aliud est votū castitatis absolutum. ⁊ aliud est fidei thori. Votuz enim absolutū custodit castitatem absolute ab oi viro ⁊ i oi hora. sz fides thori nec ab oi hora nec ab oi viro nec absolute sz marito custodit sed hec custodia nō fuit in beata virgine ergo suuz matrimoniū quātum ad fidem thori fuit imperfectum. ¶ Quarto sic ex pte boni plis. Proles non fuit procreata a matrimonio: ergo non fuit bonum ei⁹ matrimoniū. ergo nō accepit ab eo aliquaz pfectionem. ¶ Quinto sic ex pte boni sacramenti. Perfectum enim matrimonium in bono sacramenti est pfectuz in significando sz istud matrimonium beate virginis est imperfectum in significando. ergo est imperfectum ratione sacramenti. ¶ Sexto ex indiuiduitate vite que est causa matrimonij sic arguit. Beata virgo et ioseph nunq̄ perfecte habuerūt illam. ergo habet proposituz. pbatur assumptum. qr vnitas animoruz ordinat advnitatē corpoz. finis autē est i omnibus completiuū cum ergo nūq̄ fuerint vnuz vnitate corpoz. nunq̄ fuerunt perfecte vnum. ergo nunq̄ habuerūt perfecte indiuiduitatē. ¶ In oppositum est euangelium pīs. in quo ait angelus ad ioseph. Noli timere accipere mariam coniugem tuam. sed non dicuntur cōiuges nisi ex quo perfectum est matrimonium iter eos. ergo ꝛc. ¶ Rūdeo dicēdū. ꝙ matrimoniuz

quod fuit inter beatam mariã ⁊
ioseph fuit verũ ⁊ perfectũ. Ista
cõclusio ptz in.c. Beata maria ⁊
multis sequẽtib⁹.ij.q.ij. Ratio
ne ꝓbatur sic. Dicit Deut.xxxij.
Dei pfecta sunt opera.ergo pre
cipue illa sunt pfecta que facit
circa se ⁊ suos.sed illud matri
moniũ fecit circa matrẽ suam.
fuit enim illi diuinit⁹ reuelatũ.
ergo matrimoniũ illud pfectũ.
Pro cuius declaratione est no
tandũ iurta sanctũ Tho.(3.par.
vbi sup.) ꝙ duplex est rei perfe
ctio. prima ⁊ scda. Prima qui
dem perfectio in ipsa rei forma
cõsistit ex qua speciẽ sortit. Se
cũda perfectio ꝓsistit in opera
tione rei.per quã res aliqualit
finẽ suum attingit. Forma aũt
matrimonij cõsistit in quadã in
diuisibili ꝓiunctiõe animoꝝ per
quã vn⁹ ꝓiugũ indiuisibiliter al
teri fidem seruare tenet. Finis
aũt matrimonij est ꝓles genera
da ⁊ educãda.ad quarũ primam
peruenit per ꝓcubitũ ꝓiugalez.
Ad scdam per alia opera viri et
vxoris ꝗbus sibi inuicẽ obsequũ
tur ad prolẽ nutriẽdam.sic ergo
dicendũ est ꝙ matrimoniũ inter
beatã virginẽ ⁊ ioseph ꝓtuz ad
primã pfectionẽ oino verũ fuit
⁊ pfectũ.qz vterq; ꝓsensit in co
pulam ꝓiugalẽ.nõ aũt extꝑsse in
copulã carnalẽ nisi sub ꝓditione
si deo placeret. Unde angel⁹ vo
cat eam ꝓiugẽ Matth.j.dicens
ad ioseph. Noli timere accipere
mariã ꝓiugẽ tuam. Qd exponẽs
Augu.libro de nuptijs ⁊ cõcupi
scentia dicit. Coniunx vocat ex
prima despõsationis fide. quaz
in cõcubitu nec cognouerat nec
fuerat cognitura. Quantũ ẽo ad
secundã perfectionẽ que est per
actuz matrimonij.si hec referat
ad carnalẽ ꝓcubitũ per quã pro
les generatur.nõ fuit matrimo
nium illud perfectũ. Habuit tã
illud matrimoniũ etiam scdam
perfectionẽ ꝓtuz ad prolis edu
cationẽ. Unde august.dicit in li
bro de nuptijs ⁊ concupiscẽtia.
Nuptiarũ bonũ impletũ est in il
lis parẽtibus xpi.proles.fides.
⁊ sacramentũ. Prolẽ cognosca
mus ipsum dñm iesum xpm. Fi
dem.qz nullũ adulterium. Sacra
mentuz.qz nullũ diuortiũ.solus
ibi nuptialis cõcubitus nõ fuit.
Concordãt oẽs doctores. ¶ Ad
rationes in oppositũ. ¶ Ad pri
mam respõdet.ꝙ hiero. accipit
ibi maritũ ab actu matrimonij
ꝓsummati.⁊ sicvez est ꝙ ioseph
nõ fuit marit⁹. ¶ Ad secundã re
spõdet negãdo minorẽ. Dicim⁹
ẽm ꝙ consensus beate virginis
fuit ꝓsensus absolut⁹.absolute
ẽm ꝓsensit in matrimoniũ diui
nitus certificata de ipsi⁹ sancti
ioseph ꝓtinẽtia.⁊ ipsa de se cer
ta erat.que nullũ carnis stimulũ
sentiebat:sed in matrimoniũ sic
cõsentiẽs.virginitatẽ suam deo
cõmisisse dicit. ¶ Ad tertiam re
spõdetur.negando ꝓsequẽtiã.et
ratio est.qz licet custodia castita
tis thori nõ fuit in beata virgi-

ne.fuit tamē custodia castitatis absolute. Nam vt dicit albertus magnus. Fides custodit castitatem ,ppter se ⁊ exhibet se matrimonialiter ꝓiuncto ,ppter infirmitatē vel bonuz prolis. Unde exhibet se,ppter aliud.sed custodia castitatis est sicut per se desideratū.⁊ ideo in ꝑmo est perfectio bone fidei nō in scdo. ¶ Ad quartā respōdet negando cōsequentiā. Et ratio est ꝑm sanctuz thomā ⁊ albertū magnū. qz proles nō est bonū matrimonij solū inq̄tum per matrimoniū generatur.sed inq̄tū in matrimonio suscipit ⁊ educat. ⁊ sic bonum illius matrimonij fuit ,ples illa scz xp̄s.qui pietate parentū nutritus ⁊ educat⁹.⁊ in tēplo ꝓsentatus coꝝā dño.non aūt ꝑmo modo.qz nō ex matrimonio natus sed ex spiritusctō. ¶ Ad q̄ntam respōdetur scz negādo consequentiā. qm̄ nō est de essentia sacramēti quo ad primā ei⁹ perfectionez plena illa significatio xp̄i ⁊ ecclesie ⁊ hūane nature cū diuina persona.sed illa est de essentia scde pfectionis.s.matrimonij consummati.⁊ ideo ratio nō procedit. ¶ Ad sextā respondet negando minorē.⁊ ratio est qz vt dicit magnus albert⁹. Nulla vnio est essentialis matrimonio nisi maritalis in cōsensu animorū fundata. Illa autē que est carnis est ꝓsequēs ipsam.⁊ ideo ꝑma nō ordinat ad illā sicut ad essentiale:sed sicut ad effectum qui potest sequi si volunt cōiuges. Et ita argumentuz falsum p̄supponit.⁊ per ꝓm̄s nō ꝓcedit.

D tertiam q̄stionem quaerit.(3.p. q.28.arti.3.) vtruz matrimoniuz illud inter mariā ⁊ ioseph fuit aliq̄n ꝓsummatū procedit sic. Et videt q̄ sic ex p̄senti euang.primo ex illo vbi dicit Anteqū ꝓuenirent inuenta est in vtero habēs de spūsctō.non aūt euāgelista hoc diceret nisi cert⁹ esset de ꝓuenturis.ergo videt q̄ beata virgo q̄ñq̄z cōuenit carnali copula cū ioseph.⁊ ita cōsummasset matrimoniū. ¶ Scdo arguitur idem ex illo qd̄ subditur in euāgelio.q̄ ait angel⁹ ad ioseph.Accipe mariā ꝓiugē tuaz. Coniugiū aūt ꝓsummat per carnalē copulā. ergo q̄ñq̄z carnalis copula interuenit inter beatam mariā ⁊ ioseph.⁊ ita mr̄imoniū fuit cōsummatū. ¶ Tertio idez arguit.⁊ ex eo q̄ ibidē post pauca subdit.s.matth.j. Joseph accepit ꝓiugez suā.⁊ nō cognoscebat eam donec peperit filiū suū primogenitū.hoc aūt aduerbiū donec ꝓsueuit determinatū tempus designare.quo cōpleto fiet id quod vsqz ad illud tēpus non fiebat. Uerbū aūt cognoscendi ad coitū refert.sicut Beñ.iiij.dicit, Adam cognouit vxorē suā.

Et videt q̃ post ptuz btā maria fuit a ioseph cognita. ⁊ ita videtur matrimoniū cōsummatum.
¶ Quarto idē arguit ex illo verbo primogenitū. Primū em̄ dicitur respectu secūdi. ⁊ ita p̄mogenitus nō potest dici nisi q̃ habet fratres subsequētes: sz xp̄s in auctoritate inducta. Mat. j. dicit. p̄mogenit⁹ filius virginis ergo post primū habuit aliū. ergo post xp̄i natiuitatē matrimoniū fuit cōsummatū. ¶ In oppositum est illud qd̄ habet Ezech. xliij. Porta hec clausa erit ⁊ nō aperiet. ⁊ vir nō pertrāsibit p eā qm̄ dñs de⁹ israel ingressus est p eam. q̃ exponēs augu. in quodā sermōe dicit. Quid est porta in domo dñi clausa. nisi q̃ maria semper erit intacta. Et q̃d est q̃ homo nō trāsibit per eam nisi q̃ ioseph nō cognoscet eam. Et q̃d est q̃ dñs solus intrat ⁊ egredit per eā nisi q̃ spūsctūs impgnabit eaz. ⁊ angelo⁹ dñs nascet p eam. Et q̃d est q̃ domus clausa erit ī eternū. nisi q̃ maria virgo est ante partum. in partu. ⁊ post partū. ¶ Rñdeo dicēdū sub ista cōclusione. q̃ matrimoniū inter beatā mariā ⁊ ioseph nunq̃ fuit cōsummatū qm̄ beatissima mat̄ xp̄i fuit virgo ante partū in partu ⁊ post partū virgo ineternum permāsit. Ad̄ detestādi sunt errores iudeo⁹ ⁊ hebeonitarū qui derogātes virginitati beate marie ante partū dixerūt xp̄m ex semine ioseph esse natū. Et errores philosophor qui virginitati eius in partu derogabāt. dicentes nō posse esse duo corpora in eodē loco. Detestādus est etiam error Elidij. qui virginitati beate marie post partū derogās dicere presumpsit matrē xp̄i post partum a ioseph esse cognitā et alios filios genuisse. Sed iste error irrationabilis est ⁊ insan⁹ scz q̃ beata virgo mater dei tēplum spūsancti operi carnis vacaret. hoc aūt non potest cadere nisi in aiam impiā ⁊ stultā credere tantā in matrē dñi indignitatem. ideo erroneū est ⁊ puitiosum. Unde ⁊ dñs in morte istuz errorē euacuauit. qm̄ eam beato iohanni cōmēdauit. ⁊ dedit sibi in solatiū loco filij. vt q̃d dedisset si filios habuisset. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primā de v̄bo anteq̃. rñdet q̃ ratio nō pcedit. qz hec p̄positio ante non semp denotat ordinē ad illud qd̄ futurū est p̄m rei v̄itatē. sed qm̄q̃ ad illud qd̄ futurū sperat p̄m cōem cursum. sicut cū dicit. anteq̃ haberet. xx. annos mortuus est. ⁊ sic est in pposito. ¶ Ad secundā rñdetur. negando p̄ñam. Rō est. qz nos dicim⁹ q̃ p̄iugiū lz fuerit perfectū pfectiōe p̄ma nō tñ fuit p̄sūmatū qd̄ ptinet ad perfectionē secūdā. ¶ Ad tertiā respōdetur negādo p̄ñam. Et dicitur q̃ ly donec qm̄q̃ designat certū tempus p̄m illud Bar. iij. Propter trāsgressionē lex posita est donec veniret semen quod

promiserat. Quādocq; vo signat infinitū tēpus. fm illō ps. Dixit dnis domino meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos ꝛc. Et fm illud ps. Oculi nostri semper ad dnm donec miſereatur nostri. Ex quo nō est intelligendū q̄ post impetratā miſericordiā oculi nostri auertant a deo. ꝛ sic est hic. ¶ Ad quartā rſidetur negādo ꝓsequentiā. Et ratio est. qz p̄mogenitus hic priuat ordinē ad anterius nō ponit ordinem ad posterius. ideo dnis primogenit⁹ appellat. quia fm legem erat offerēdus. Idem vo dicitur q̄ habuerit fratres dicēdum q̄ fratres vocātur ibi propinqui in scdo vel tertio gradu.

D quartā questionē quaerit (3. sen. di. 4. q. 1. art. 1. ite3. 3. p. q. 32. arti. 1. 2. et. 3.) vtrum xps dicendus sit conceptus de spūsancto. sic ꝓceditur. ꝛ videtur q̄ nō. ¶ Primo sic. hec ꝓpositio de denotat consubstātialitatē. Unde nō dicimus aliq̄d de aliquo nisi de substātia eius sit. Dicim⁹ ēm filiū esse de patre. nō aūt celū et terrā de deo sed xps fm hominē nō est cōsubstātialis spūisancto. ergo nō debet dici de spiritusancto natus. ¶ Scdo sic. spiritusſanctus caritas est ꝛ donum sed non cōueniente dicitur conceptus a caritate vel dono. ergo nec de spiritusctō debet dici conceptus. ¶ Tertio sic. efficere cōceptionem christi non debet attribui spiritusctō. ergo ꝛc. consequētia patet. antecedēs ꝓbat. quia vt dicit augustinus in primo de trinitate. Indiuisa sunt opera trinitatis. sicut indiuisa est essentia trinitatis. sed efficere conceptionē christi est quoddam opus diuinū. ergo videt q̄ non sit magis attribuendū spūsctō q̄ patri aut filio. ¶ Quarto sic. si conceptio christi attribuenda est spirituisancto. vt p̄ncipio eius. sequitur vt sit pater christi dicendus fm humanitatem. sed hoc nō est verum. Dicit ēm augustinus in enchiridion. Natus est xps de spūsancto non sicut filius ꝓsequētia tamen. ꝓbatur sic fm phm in libro de generatione aīaliū. Ptz dicit p̄ncipiū actiuū in generatione. mater vo ministrat materiam sed beata maria dicitur mater xpi propter materiam quā in ꝓceptione eius ministrauit. ergo spūssanctus pōt dici pater eius. si dicat q̄ fuerit p̄ncipiū actiuū in ꝓceptione ei⁹. ¶ In oppositū arguit ex p̄senti euāgelio. ¶ Rsideo dicendū sub ista ꝓclusione. q̄ ꝓueniēter dicit xps ꝓceptus de spūsancto. Ptz ista ꝓclusio. qz ꝓceptionē q̄uis tota trinitas operata sit. attribuitur tamē spirituisctō tripliciratione. Primo quidē qz hoc cōgruit cause incarnatiōis que cō

fiderat ex pte dei. Spūs eni sanctus est amor pris ⁊ filij. hoc aūt ex maximo amore dei puenit vt filius carnē sibi assumeret i vtero virginali. Vñ dr iob. iij. Sic deus dilexit mundū. vt filiū suū daret. Scdo qr hoc cōgruit cause incarnatiōis ex pte nature assumpte. per hoc dat intelligi q̄ natura hūana assumpta est a filio in vnitate psone nō ex aliq̄b⁹ meritis. sz ex sola dei gra q̄ spūi sancto attribuit. Tertio. q̄ hoc ꝓgruit termino incarnatiōis ad hoc eni terminata est icarnatio vt hō ille q̄ assumebat esset sanctus ⁊ filius dei. vtrūq̄z aūt hoc appropriat spūisctō Nā p ipsuz efficiunt hoies filij dei. ꝯz illud gal. iiij. Quoniam estis filij dei. misit de⁹ spm filij sui in cordaestra clamātē. abba pat. Jpe etiā est spūs sanctificatiōis. vt dr ad Roma. j. Sicut ergo alij p spm sctm sanctificāt spūaliter vt sint filij dei adoptiui. ita xps p spiritūsanctū est in sanctitate conceptus. vt esset filij⁹ dei naturalis. Vñ angelus postq̄ premiserat. Spiritussanct⁹ superueniet in te. cōcludit. Ideoq̄z qd nascetur ex te sanctū vocabitur filij⁹ dei.

¶ Ad rōnes in oppositum ad prima respondet. q̄ ly. de largo modo accipitur p ex quia enim corpus christi non est cōsubstātiale spūisancto. nō proprie potest dici cōceptum de spiritusancto. sz magis ex spūsancto. Et ratio est quia qd ex aliquo est. aut est ex substātia. aut potestate eius. ex substantia. sicut filius qui a patre est ex potestate. sicut ex deo sunt omnia. quo etiā invtero habuit maria a spūsancto. ¶ Ad secundā rñdet negando cōsequentiā. Et ratio est. qr lz spūssanct⁹ sit charitas ⁊ donū. tñ noie caritatis et doni non significatur vt persona subsistens cuius est agere. et ideo nō potest dici cōcept⁹ de caritate vel dono. vt ly de dicat habitudinē cause efficiētis.

¶ Ad tertiā respōdet negādo assumptū. ⁊ ad pbationem rñdet. q̄ lz op⁹ cōceptionis corpis xpi sit commune toti trinitati. ꝯz tñ modū aliquid attribuit singulis personis. Naz patri attribuitur auctoritas. etiā rōne persone filij qui per huiusmodi conceptionem carnez sibi assumpsit. Filio attribuit ipsa carnis assumptio Sz spūisancto attribuit formatio corporis. qd assumit a filio Naz spiritussanctus est spiritus filij. Gal. iiij. Misit deus spiritū filij sui. Sicut autem virtus anime que est in semine p spūm q̄ est in semine inclusus format corpus in generatione alior hominuz. Ita virt⁹ dei que est ipse filij⁹ dei. fm illud. j. Cor. j. Xpm dei virtutē. p spiritūsctm formauit corp⁹ suū qd assumpsit. Hoc etiā verba angeli demonstrāt dicentis. Spūssanctus supueniet in te. quasi ad preparādam ⁊ formandam materiā corporis xpi.

¶ Ad quartam respondet negā

do consequentiā. Nam christus nō est filius spūssancti. nec etiā trinitatis. sed tantū dei patris. hoc ptz. tum primo: qr noia paternitatis maternitatis ⁊ filiationis generationē sequūtur. nō quālibet trī. sed in solis aīalib' in quibus est generatio pfecta. nec trī omne quod in aīalib' generat filiationis nomē accipit. sed solū illud quod generat in similitudinē generātis. ⁊ sic si sit perfecta similitudo erit pfecta filiatio. Si autez sit similitudo impfecta est etiā filiatio impfecta. sed xps non est cōceptus de spūsancto ꝓm similitudinē speciei. sicut homo nascit de patre suo. ergo xps nō potest dici filij spūsancti. Et ad pbationē respōdetur negādo ꝓsequentiā. Et ratio est. quia xps cōceptus est de maria virgine materiā ministrāte in similitudinē specierū. ⁊ ideo dicitur filius eius. Xps aūt ꝓm q̄ homo ꝓceptus est de spūsancto sicut de actiuo principio. nō tamen ꝓm similitudinē speciei. ⁊ ideo non dicitur filius eius vt dictum est.

IN die natiuitatis dñi sunt tria euāgelia ⁊ ita circa vnumqdq; occurrūt questiōes aliquē disputande. ¶ Circa primū sez In illo tēpore. Exijt edictū. Luce. ij. sequētes questiōes. ¶ Primo. vtruz xpo sit attribuēda aliqua natiuitas tēporalis. ¶ Secundo. vtrū ꝓm temporalē natiuitatē beata virgo pōt dici mater xpi. ¶ Tertio. vtrū ꝓueniēti tēpore ⁊ loco xps natus est.

D primaz q̄stionem quaerit. (3. p. q. 35. arti. 2.) vtrum attribuēda sit xpo aliqua natiuitas temporalis. sic ꝓcedit. ⁊ videtur q̄ non. ¶ Primo sic. nasci enī est sicut ꝓquidā motus rei nō existētis antecē nascat. sed xps ab eterno fuit. ergo nō potuit tēporalit nasci. ¶ Scdo. illud qd est in se perfectū natiuitate non indiget sed ꝓsona filij ab eterno fuit perfecta. ergo non indiguit tēporali natiuitate. ⁊ ita videt q̄ nō sit tēporaliter nat'. ¶ Tertio sic. si xps esset tēporaliter natus sequeret q̄ essent ponēde in eo due natiuitates. sed hoc non videtur. cū natiuitas ꝓpie conueniat persone: sed in xpo est trī vna persona. ergo in xpo trī est vna natiuitas. ¶ Quarto sic. si in xpo essent due natiuitates sequeretur q̄ xps dicēd' esset bis natus. sed hoc nō videt dicendū: qr aduerbiū bis importat interruptionē. Unde qui tota die loquitur nō dicit bis loqui. sed natiuitas qua de patre nat' est inter

ruptionē nō patitur.ergo nō po
pōt dici bis nat⁹. ¶ In oppositū
est euāgeliū ꝓsens. ¶ Rūdeo di
cendū sub ista ꝛclusiōe.ꝙ neces
sariū est ponere in xpo duas na
tiuitates.vnā eternā ⁊ alteram
tpalem. Ista ꝛclusio est Damas.
iij.libro que ait. Cōfitemur xpi
duas natiuitates.vnā que est ex
patre eternā.⁊ vnā que est i vlti
mis tēporib⁹ ꝓpter nos.Que cō
clusio ostēdit sic. Natura cōpa
ratur ad natiuitatē sicut termi
nus ad motū vel mutationē.mo
tus aūt diuersificat ꝑ diuersi
tatem terminoꝝ.vt ptz per pbm
v.phyficoꝝ. In xpo autez est du
pler natura. quarū vnā accepit
ab eterno a patre.alterā aūt ac
cepit tēporalit a matre. ⁊ ideo
necesse est xpo attribuere duas
natiuitates.vnaz qua eternalit
nat⁹ est a patre.aliā qua tēpora
liter nat⁹ est a mre. ¶ Ad rōnes
in oppositū. ¶ Ad ꝓmā rūdetur
negādo ꝛiam.⁊ ratio est.qz xps
nō dicit tēporaliter nasci.eo ꝙ
tēporaliter ceperit esse.sz dicit
ꝑ hoiem tēporaliter nasci. qz
vniuit sibi in vnitate psone natu
ram humanā quā tēporaliter in
vtero virginis assumpsit. ¶ Ad
scdaz dicit ꝙ psona filij semper
perfectissima fuit.nec indiguit
nasci ꝓpter se.sed nat⁹ est ꝓpter
salutez nostrā.⁊ hoc dicit nasci
tēporaliter. ¶ Ad tertiā rūdetur
ꝛcedēdū est ꝙ in xpo sint due na
tiuitates. Nam xps ꝓcessit a pa
tre eternaliter.⁊ a mtre tēpo
raliter.⁊ vtraqz processio habet
rationem natiuitatis.⁊ ita sicut
sunt due ꝓcessiōes.ita etiā sunt
due natiuitates. Et ad rōnem in
oppositū rūdetur.negādo ꝛiam
Et ratio est.qz licz natiuitas sit
psone vel subiecti.est tñ nature
⁊ termini. Possibile aūt est vni
subiecto plures trāsmutatiōes
iesse.quas tñ necesse est ꝑ cau
sas variari.tñ nō dicim⁹ ꝙ eter
na natiuitas sit trāsmutatio aut
motus.sed qz significat ꝑ modū
mutatiōis ⁊ mot⁹. ¶ Ad quartā
rūdetur negādo ꝙ xps nō potest
dici bis natus.imo pōt dici ꝑ
duas natiuitates. Sicut enī di
citur bis currere q̄ currit duob⁹
tēporib⁹.ita pōt dici bis nat⁹ q̄
semel nascit in eternitate.⁊ se
mel in tēpore.qz eternitas ⁊ tē
pus magis differūt q̄ duo tēpo
ra.cum vtrūqz designet mensurā
duratiōis.nec est necesse ꝙ illō
qd̄ est eternū iterrūpat ⁊ cesset.

D secūdaz
q̄stionez qua
querit.C.3.p.
q.35.arti.3.et
4. Vtruz ꝑ
tēporalē na
tiuitatez xpi
beata virgo posset dici mat xpi
⁊ mater dei.sic ꝓceditur.⁊ vide
tur ꝙ nullū illorū est dicendum.
Et primo arguitur ꝙ non sit ma
ter christi dicenda. Dicit dama
scenus lib. tertio. Christotocon
id est xpi matrem virginez non

dicimus. ¶ Secundo sic. In cōceptione christi beata virgo ministrauit tantūmodo materiam quia totā actionē fecit spūsanctus. sed hoc nō videt sufficere ad rōnez matris alioquin lignū diceret mater lecti siue scamni. ergo beata virgo non potest dici mater xpi. ¶ Tertio sic. xps ex beata virgine miraculose natus est. sz miraculosa generatio nō suffitit ad rationē maternitatis vel filiationis. Nō enim dicim⁹ euaz filiā fuisse ade. ergo videt q̄ nec xps debeat dici filius beate virginis. ¶ Quarto sic. ad matrem videt pertinere decisio seminis. sz sicut Damas. dicit i tertio libro. Corp⁹ christi nō seminaliter sed a spūsancto format cōditiue. ergo videt q̄ beata virgo nō debeat dici mater christi. Nō vero non possit dici q̄ sit mater dei arguit sic. ¶ Primo. non enim est mater nisi fm naturam quam ab ea accepit: sz non accepit ab ea diuinitatē sz humanitatem. ergo nō dz dici mater dei sz hominis. ¶ Scdo sic. in deo nō differt de⁹ et deitas sz nō potest dici mater deitatis. ergo nec dz dici mater dei. ¶ Tertio sic. hoc nomen de⁹ est cōmune trib⁹ personis. sz beata maria non est mater patris. nec spiritussancti. ergo nō dz dici mater dei. ¶ In oppositum primi est euangeliuz hodiernū. cū dz de beata maria. q̄ peperit filio primogenitū. De scdo dicit damas. li. iij. Theotocos. i. dei genitricez ve z principaliter pdicam⁹ virginē. ¶ Rñdeo dicendū sub duab⁹ ꝛclusionibus. ¶ Prima est q̄ fm tpalem natiuitatē cōuenienter z veraciter beata maria virgo dz mater xpi. Ista ꝛclusio pz etiā Mat. j. vbi vocat mater iesu. Ratione sic probatur. Beata maria contulit in generatione christi quicquid alia mater conferre debet ad generationem filij sui. Si ergo alie mulieres dicuntur matres. ergo beata maria vere potest dici mater christi. Secundo sic. corpus christi non est de celo allatum sicut dicebat valentinus hereticus. sz de virgine matre sumptuz. z ex purissimis ei⁹ sanguinibus formatum. et hoc solum requiritur ad rationē matris. ergo beata maria vere est mater christi. ¶ Secunda conclusio q̄ beata maria vere dicit mater dei. Ista conclusio patet ex capitulis cyrilli approbātis i ephesina synodo. vbi legit. Si quis non confitetur deū esse fm veritatē emanuel. z dei genitricez sanctā virginē anathema sit. Rōne sic pbat. Propter vnionē naturaz in vna psona vere dicim⁹ deū passum. q̄uis hoc fuerit fm humanā naturā tantuz. ergo etiā q̄uis xps sit natus ex virgine fm humanā naturā ve potest dici deus ex virgine natus. ergo etiaz mater dei dici potest. Vbi notādū sz q̄ sanc. tho dicit i ttio (sen. di. i. q. z. ar. z.) Nō huma-

nitas xpi ⁊ maternitas virginis a deo sibi cōnexa sunt. vt qui circa vnum errauerit. circa aliud oporteat eum errare. Unde quia Nestorius circa humanitatem errabat. asserēs aliā esse psonā humanitatis ⁊ diuinitatis i xpo oporteret ꝙ diceret virginē nō matrē dei sz hoīs. qz fm eū deus ⁊ hō nōn est xps. Quidā ꝟo moderni errātes dicūt nō posse dici ꝟginē matrē dei. ne mater patris ⁊ spūssancti intelligat cōcedunt tñ esse matrē filij. sz isti trepidāt timore vbi nō est timor qz omne nomē significās in cōcreto naturā aliquā potest supponere p qualibet hypostasi illius natura. Uñ cū vnio incarnationis sit facta in hypostasi. manifestū est ꝙ hoc nomē deus. lz cōmune sit trib⁹ psonis. potest tñ reddere locutionē verā p vna psona fm ꝙ dr. Deus generat. sicut dr. homo currit. etiam solo petro currēte. Uñ simpliciter est cōtedēdū virginē esse matrē dei. sicut cōfitemur iesum xpm esse verū deum. ¶ Ad rōnes i oppositū. ¶ Ad primā rñdet ꝙ beata virgo vera est mater xpi. nec hoc negat damascen⁹ Sz dicit ꝙ nō dicim⁹ xpotocon. i. xpi genitricē. qz hoc nomen inuētum erat a nestorio ad abolendū nomen theotocon. cū hereticis aūt nec noia debemus habere cōmunia vt dicit Hiero. super osee. ij. ¶ Ad secundā rñdetur ꝙ ratio nō procedit. quia non solum materiā prestitit beata virgo ad conceptionem christi materiam cōuenientem ad p ducendum aliquid simile in specie ⁊ locum conuenientem. ⁊ nutrimentū conueniens conceptioni fetus. et hoc sufficit ad rationem matris. ¶ Ad tertiam rñdetur. ꝙ ratio nō procedit. quia lz conceptio xpi vt dicit sanc. tho. in tertia parte (. q. 3. ar. 3. ad. 2.) ex parte operatiōis spiritussancti fuerit miraculosa. ex pte tñ matris fuit naturalis. Uñ beata virgo est vera ⁊ naturalis mater christi. ¶ Ad quartam respōdetur negando assumptum. Dicimus enim iurta philosophum ꝙ resolutio seminis non pertinet ad materiā cōceptus. sz sanguis quem femina administrat ad conceptionem. Unde corpus christi formatum dicitur ex purissimis sanguinibus beate virginis. et ideo resolutio seminis nō reqritur ad rationē matris. ¶ Ad rationes p alia pte ꝙ non posset dici mater dei. Ad primā respondetur ꝙ ratio non pcedit qz vna persona est que subsistit in humanitate ⁊ diuinitate. Et ideo nature cōmunicāt sua idiomata. i. pprietates. vt dicit Damas. (3. sen. di. 4. q. 2. ar. 2.) Uñ sicut dicūt iudei crucifixisse dñm glorie q̄uis nō fm ꝙ est deus glorie ita ⁊ dici dz. virgo est mater dei. q̄uis fm diuinitatē nō genuerit eū. ¶ Ad secundā rñdet negādo psequētiā. Et rō est qz q̄uis deus ⁊ deitas non differāt re. tñ diffe-

runt ꝓ modū significādi. q̃ dei tas significat diuinā naturaꝫ in abstracto. vñ nō videt̃ suppone re p̃ ꝑsona. Deꝰ aūt q̃ significat diuinā naturā p̃ modū cōcreti. i. habētis deitatē. potest rēddere locutionem verā p̃ ꝑsona. ⁊ ideo q̃ beata virgo est mater filij dei potest dici mat̃ dei. nō aūt deita tis. ¶ Ad tertiā rñdetur negādo consequētiā. q̃ cuius nomē deꝰ fit nomen cōe tribus ꝑsonis. tñ q̃ñq̃ supponit p̃ sola ꝑsona p̃ris sicut ꝛ. Deus generat q̃ñq̃ p̃ so la persona filij vel spiritussancti ⁊ ideo cū ꝛ. beata virgo est mat̃ dei hoc nomen deꝰ supponit pro sola persona filij incarnata.

D tertiam questionē qua queritur. (3. p te. q. 35. ar. 1. et 8.) vtrum cōue nienti loco ⁊ tē pore natus est xp̃s. sic proceditur. Et videtur q̃ non. ¶ Et primo arguit̃ q̃ nō de buit nasci in bethleem. ¶ Primo sic. Dicit̃ enī esaye. ij. De sion exi bit lex. ⁊ verbū dñi de hierusalē ꝫ xp̃s est verbum dei. ergo de hierusalē debuit p̃dire in mūdū ¶ Scdo sic Mat. ij. ꝛ scriptuꝫ de xpo q̃ nazarenꝰ vocabitur. ꝫ maxime aliq̃s denominat̃ a lo co sue natiuitatis. ergo videt̃ q̃ in nazareth debuit nasci vbi fuit conceptꝰ ⁊ nutritꝰ. ¶ Qd vero non conuenienti tpe etiā fuerit natꝰ ar guit̃ sic p̃mo. Ad hoc enī xp̃s ve nerat. vt suos in libertatē reuo caret. ꝫ natus est tpe seruitutis q̃ ꝫ totꝰ orbis p̃cepto augusti ni describit̃. i. tributariꝰ factꝰ est vt habet̃. Lu. ij. ergo videt̃ q̃ nō congruo tpe xp̃s fuit natꝰ. ¶ Ter tio sic. p̃missiōes de xpo nascitu ro nō fuerūt gētibus facte. sm il lud Ro. ix. Quorū sūt p̃missa. ꝫ xp̃s natꝰ fuit tpe quo rex alieni gena dñabat̃. sicut ꝫ Mat. ij. cū natꝰ esset iesus in diebꝰ herodis ergo videt̃ q̃ nō fuit tpe cōgruo natꝰ ¶ In oppositū est. q̃ q̃ a deo sunt ordinata sunt. ⁊ cōueniēter disposita. Nāvt ꝛ. Sap̃. viij. Sa pientia attingit a fine vsq̃ ad fi nē fortiter. ⁊ disponit oia suaui ter. ergo conueniētissimo loco ⁊ cō ueniētissimo tpe xp̃s natus est. ¶ Rñdeo dicēdū primo q̃ cōue niēti loco natꝰ est. s. i bethleem. Et hoc p̃ppter tres rōes. Primo quidem q̃ xp̃s factꝰ est ex semi ne dauid sm carnem vt ꝛ Ro. j. Cui etiā facta fuerat repromis sio specialis de xpo ⁊ ideo in bet hleem de qua natꝰ est dauid na sci voluit vt ex ipso loco natiui tatis repromissio ei facta imple ta oñderet̃. ⁊ hoc designat euan gelista dicens. Eo q̃ esset de do mo ⁊ familia dauid. Scdo q̃ vt greg. dicit in omelia. Bethleem domus panis interpretatur. ipe xp̃s est q̃ ait. Ego sum panis vi uus qui de celo descēdi. Locus ergo in quo deus nascitur domꝰ panis antea vocatus est. q̃ futu

deo vilita ꝑm se. sed ex ordine
ad finꝗ humane salutis. Unde
patent ꝓclusiones prefate. quia
scꝗ xp̃s ꝑm voluntatē sensibilita
tis. ⁊ ꝑm volũtatē rationis que
cõsideratur per modum nature
aliud poterat velle q̃ deus. que
fuit prima cõclusio. sed ꝑm volũ
tate que est per modũ rationis
semp cõformabat' in volito vo
luntati diuine. que fuit cõclusio
secũda. q̃ ptz ex eo q̃ dicit. Non
sicut ego volo sed sicut tu. Vole
bat enim ꝑm voluntatē rationis
diuinā voluntatē impleri. q̃uis
aliud dicat se velle ꝑm aliã eius
voluntatē. ¶ Ad rationes in op
positum. ¶ Ad primã respõdet'.
q̃ ptz respõsio ex distinctione vo
luntatis duplicis. Unde dicitur

q̃ christ⁹ volebat vt voluntas patris adimpleret. fm voluntatem rōnis. nō fm voluntatē sensibilitatis aut volūtatis considerate per modum nature. ¶ Ad secundam eodemmodo respondetur q̃ cōformitas volūtatis humane ad voluntatē diuinā attendit fm voluntatē rōnis. fm quā etiā volūtates amicoꝝ cōcordant. in q̃tum ratio ꝓsiderat aliq̃d volitū in ordine ad voluntatē amici. ¶ Ad tertiā rñdetur negādo cōsequentiā qr xp̄s simul fuit comprehēsor ⁊ viator. inq̃tum scz p mentē fruebatur deo. ⁊ habebat carnē passibilē. et ideo ex parte carnis passibilis poterat in eo aliud accidere qd̄ repugnaret naturali volūtati ipsi⁹ ⁊ etiā appetitui sensitiuo. qd̄ non ꝓtingit in beatis q̃ tantū sunt cōprehensores. q̃ ita dotati sunt impassibilitate vt nihil posset eis occurrere nociuū aut lesiuū. ¶ Ad q̃rtam rñdetur. negādo ꝓsequētiā. Et ratio est. qr cōformitas q̃ est in volito nō facit rectitudinē voluntatis. qr aliq̃s potest peccare volēdo. id volitu qd̄ de⁹ vult. vt volendo q̃ pater meus moreret ⁊ etiā potest mereri in hoc q̃ illud nō vult qd̄ deus vult. vt paulus cupiebat dissolui ⁊ esse cum xp̄o. ⁊ deus volebat q̃ nō dissolueretur. scz ꝓpter fructū animarum adhuc militaret. scz rectitudo volūtatis causatur ex modo volendi. vt scz vellet ex caritate sicut deus: ⁊ iterum in causa finali vt ꝓpter idem vellet. et iterum in causa efficiendi. vt scilz deus velit eum velle.

Eria quinta in cena domini est euāgeliuz. Ante diem festum pasche ⁊c. Job. xiij. Circa qd̄ possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima vtrum cōueniēter in die cene institui est sacramentum eucharistie. ¶ Scda. vtrum cōueniēter xp̄s in die cene iude ꝓditori tribuerit sacramentū corporis ⁊ sanguinis sui. ¶ Tertia. vtruz post buccellā intinctā a christo iude porrectā diabol⁹ intrauit in eū.

D primam questionez sic pcedit (inter sanc. tho. iiij. sen. disti. xiij. arti. iij. q. j. ar. q̃. Item. iij. q. q. lxxiij. ar. v) Et videtur q̃ non cōuenienter die cene institutuz fuit sacramētū eucharistie. ¶ Primo sic. per hoc sacramētū hoies xp̄o vniūtur sicut mēbra capiti. Unde dr Job. vj. Qui manducat meā carnē ⁊ bibit meum sanguinē in me manet ⁊ ego in eo. sed xp̄s est caput etiā omnium hominū etiaz q̃ fuerūt ab initio mūdi. ergo debuit institutio hoc

suſmodi ſacramēti differri vſq̃ ad finē mūdi. ¶ Scdo ſic. hoc ſacramentū dicitur viaticū. quia tendētes ad patriā in via cōfortat. quotidie nos etiā lapſos repar at. ſed patres qui erant ante aduentū xpi ad patriā tendebāt hoſpites ⁊ peregrinos ſe vocantes. vt pz ad Heb. xi. ⁊ quotidianis peccatis impediebant ergo ante aduentū xpi debuit ſacramentū hoc inſtitui. ¶ Tertio ſic hoc ſacramentū dicit memoriale paſſionis xpi. ſm illud Luce xxij. Hoc facite i meā cōmemorationē. ſed memoria eſt p̄teritorū. ergo hoc ſacramētū nō debuit ante paſſionē xpi inſtitui. ⁊ per ꝯſequēs nō in cena. ¶ Quarto ſic. per baptiſmū aliquis ordinatur ad euchariſtiā que nō niſi baptizat̃ debet dari. ſed baptiſmus inſtitut̃ eſt poſt xpi paſſionem ⁊ reſurrectionē. vt pz matthei vlti. ergo hoc ſacramētum inconueniēt eſt inſtitutū ante xpi paſſionē. ¶ In oppoſitū eſt euangeliū p̄ñs. in quo dicit q̃ hoc ſacramentū eſt inſtitutū a xpo. de xpo autem dicit matth. vij. q̃ bene oia fecit. ergo cōuenienter inſtitutū eſt q̃ xps inſtituit. ¶ Reſpōdeo dicendū ſub duabus concluſionib̃. Prima q̃ nō potuit inſtitui ante incarnationē ꝓbi. Pz cōcluſio. qz hoc ſacramētū cōtinet verbū incarnatū realit̃. ergo inſtitui non potuit ante incarnationē verbi. Scdo ſic. hoc ſacramentū cōtinet gratie plenitudinem vnde euchariſtia dicit̃ ſed tēpus plenitudinis incepit ab incarnatione xpi. ergo ante incarnationē inſtitui nō potuit hoc ſacramētū. ¶ Scda ꝯcluſio Cōueniēter inſtitutū eſt hoc ſacramentum die cene ⁊ nō ante. Iſta cōcluſio oſtēditur ex quattuor. Prima apparet ex neceſſitate que aſſignat̃ inſtitutionis hmōi ſacramēti. vt qz ad perfectionē noſtrā exigebat̃ vt caput noſtrū etiā realiter nobis cōiungeretur. ⁊ ideo q̃dīn ſub ꝓpria ſpecie cū hoībus cōuerſatus eſt nō oportebat hoc ſacramētū inſtitui. ſed q̃ñ eius corporali preſentia deſtituēda erat eccleſia. Et iſta ratio tangit̃ ab euſebio qui ſic ait. qz corpus aſſumptuz ablaturū erat ab oculis ⁊ illaturum fideribꝰ. neceſſe erat vt die cene ſacramentū corporis ⁊ ſanguinis ſui cōſecraret vt coleret̃ iugiter per miſteriū q̃d ſemel oferebatur in preciū. Scda ratio ſumitur ab eius figura. Xps q̃diu in mūdo ꝯuerſatus eſt figuras legis obſeruare volnit factꝰ ſub lege vt eos qui ſub lege erāt redimeret. ⁊ quia veniente veritate ceſſit figura ideo nō debuit hoc ſacramentū inſtitui niſi xpo abſcedente per mortez quando figure veteris legis terminande erant. ⁊ ideo cōueniens fuit imminente paſſione celebrato priori ſacramento nouum ſacramentū inſtituere. ⁊ quia ibi terminatur figura vbi dz incipere

veritas. Agnus autem pascalis
erat figura hmōi sacramēti ⁊ iō
institutuz est post comestionem
agni. Uñ cantat ī officio corpo
ris xpi. Post agnū typicū exple
tis epulis corp' dñicū datur di
scipulis ⁊c. Tertia rō sumit ex
ipa representatione hmōi sacra
mēti. Est em̄ repsentatiuū dñice
passiōis ⁊ ideo cōgrue iā passio
ne imminente instituit. Quarta
ratio sumit ex ritu quo frequen
tādū est hoc sacramentū vt vlti
mo traditū magis memorie te
neret. Ea em̄ q̄ vltimo dicuntur
maxime ab amicis recedētibus
magis memorie cōmendant. p̄
sertim qz tūc magis inflammat
affect' ad amicos. Ea vero ad q̄
magis afficimur pfundi' aio im
primunt. qz igit vt papa alexan
der dicit. nihil i sacrificijs mai'
esse potest q̄ corp' ⁊ sanguis xpi
nec vlla oblatio hac potiorem. ⁊
ideo vt maiori veneratiōe habe
ret dñs vltimo discessu suo a di
scipulis suis hoc sacramentū in
stituit Et hoc idē dicit augistin'
in li. rñsionū ad ianuariū. ¶ Ad
rōnes in oppositū. ¶ Ad primaz
rñdetur negando cōsequentiaz.
Et rō est. qz xps ab origine mūdi
erat caput iustorū non quasi ha
bēs actu pformitatez in natura
cuz mēbris eccl'ie incarnatione
nōdū facta. sz solum fm incarna
tionē expectātiū. ⁊ ideo piūctio
corporis mystici ad suū caput p
xpe illo nō poterat fieri p aliqd
sacramentū realiter cōtinēs ipm
caput mēbris cōformē. sz pote
rat p aliqua sacramēta figuram
tia. ¶ Ad scdaz rñdet. negando
cōsequentiam. Et ratio est. quia
q̄uis antiqui patres essent ten
dentes ad patriam. non tñ erant
illi in statu tunc pueniendi ante
xpi incarnationē. ⁊ ideo nō com
petebat pro tempore viaticū es
se quo statim ad patriam proda
cuntur. ¶ Ad tertiam rñdetur
negando consequentiā. Et ratio
est. quia sacramētum illud fuit
institutum in cena vt in futuro
esset memoriale dominice pas
sionis. ea perfecta. Uñ signan
ter dicit. Quotienscunqz fecerī
tis in meam commemorationē
de futuro loquēs. Unde tunc non
erat memoriale. sed instituebat
in memoriam in posterum cele
brandam. ¶ Ad quartam respō
detur negando consequentiam.
Et ratio est. qz baptismus iam
erat istitut' in ipso xpi baptismo.
Uñ iam aliq ipso xpi baptismo
erāt baptizati ⁊c. vt legit iob. i.
Sz necessitas vtendi sacramēto
baptismi indicta fuit hoib' post
passionem ⁊ resurrectionem.

D secūdā
questionez
procedit (in
sen. dist. xi.
iij. ar. ij.) Et
dicit q̄ nō fuit
conueniens
xps i die cene daret sacramē
corpis ⁊ sāguis ei' inde pdita

¶ Primo sic. xpꝰ impleuit quod precepit ꝑm illō Act. j. Cepit ie sus facere ⁊ docere. sed precepit matthei. vij. Nolite sanctū dare canib⁹. cū ipse xpꝰ cognosceret iudam esse peccatorez. videt ꝙ nō fuit cōueniēs ꝙ ipse iude daret corpus suum ⁊ sanguinem. ¶ Scdo sic. dicit august. ꝙ deus non est causa alicui ꝙ deterior fiat. sed iudas sumēdo corpus xpi peccauit ⁊ fact⁹ est deterior ergo nō fuit cōueniēs ꝙ illi daret sacramentū. ¶ Tertio sic. sicut legit matthei. xxvj. Postq̄ dñs dedit discipulis corpus et sanguinē suū dixit eis. Non bibam amodo de hoc genimine vitis vsqz ad diem illuz cum illud bibam vobiscū nouū in regno patris mei. ⁊ ꝙ erat eis in remissionem peccatoꝝ. sz neutrū iude cōpetit. ergo videt ꝙ iudas nō accepit sacramentū cum alijs. ¶ In oppositū est euangeliū. vbi dicitur oibus. Accipite ⁊ mādu cate ⁊c. ¶ Rñdeo dicendum sub ista cōclusione. Cōueniēter xpꝰ dedit iude simul cū alijs discipulis corpus ⁊ sanguinē suū in sacramento. Ista cōclusio est chrysostomi ⁊ augustini ⁊ dionysij. libro celestis hierarchie. Licet eñ cōsiderata malicia iude non debuisset xpꝰ corpus suū ⁊ sanguinem ei dare. Tum qz xpꝰ debuit esse nobis exemplū iusticie nō cōueniebat eius magisterio vt iudā occultū peccatorem sine accusatore ⁊ euidēte ꝓbatione ab alioꝝ ꝓditione separasset. ne per hoc daretur exemplū ꝓlatis ecclesie similia faciēdi scz peccatoribus occultis denegare sacramentū. Tum scdo vt omnem occasionē ei auferret malefaciēdi quaz assumere potuisset si in aliquo ab alijs discipulis ante apertā maliciā fuisset discret⁹. Hylarius tñ contrariū dicere videtur. sed quod dictū est cōmunius tenetur. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primā respōdet negando ꝓñam. ⁊ ratio est. quia lz iudas in rei veritate canis esset ⁊ eius iniquitas nota esset xpō sicut deo. nō tñ erat nota ei per modū quo hoib⁹ innotescit. ⁊ ideo xpꝰ iudam non repulit a cōmunione. vt daret exemplum tales peccatores occultos nō esse ab alijs sacerdotib⁹ repellendos. ¶ Ad scdam respōdetur negando ꝓñam. ⁊ ratio est. qz xpꝰ nō dedit causam nec occasionez iude peccādi sed peccatū euitandi ex māsuetudinis sue ostensione ad ipsum. sed ipse ex tali medicina sumpsit periculū mortis. ¶ Ad tertiam respōdetur negādo ꝓñam. ⁊ ratio est. quia ꝙ iudas nec biberit vinum in regno xpi. nec remissionē peccatorum ꝓsecutus sit culpa sua fuit quia sacramentū corporis ⁊ sanguinis christi tantū sacramētaliter sumpsit nō aūt spiritualiter. Bibere aūt vinū in regno patris cū xpō ⁊ peccatoꝝ remissionē consequi. tantū spiritualiter. sumen

tibus sacramentū debentur.

D tertiaz questionē sic proceditur. ⁊ videt ꝙ post buccellaz panis porrectā iude nō intrauit diabolus in eū. ¶ Primo sic. dicit Luc. xxij. ꝙ intrauit sathanas in eum. ⁊ Job. xiij. ꝙ diabolus immiserit in cor iude vt traderet euz. sed hoc fuit ante buccellam panis susceptā. ergo nō post buccellaz ⁊c. ¶ Scdo sic. ꝙ nec ante, nec post. solus deus illabitur anime. ergo diabolꝰ non potuit intrare in cor iude. antecedēs est maxime nota. ergo ⁊c. ¶ In oppositum est euangeliuz. Et. c. sic iudas. de ꝓse. di. ij. ¶ Respondeo dicendū iuxta sanctum tho. in quolibeto. iij. art. viij. Et super Job. c. xiij. ꝙ sathanā intrare iudā siue alium hoiem potest duplicit intelligi. Uno modo in corpore hois sicut his qui corporaliter vexātur a demone. Et hoc modo est cōclusio. ꝙ essentialiter potest demō intrare in hoiem. sicut patz ex multis locis euangelij. Alio modo potest intelligi. s. ꝙ diabolus intret in mentē. ita ꝙ menti diabolus essentialiter illabitur. Et hoc modo est ꝓclusio. ꝙ diabolus nō potest intrare in mētē hois. sed solus deus. Patet ista ꝓclusio sic. Aia enī rōnalis cū sit simplex et incorporea nō habet dimēsiōes quātitatiz vt aliqd i ea esse dicat ḡsi ifra eiusdē dimēsiōes pōtū. ⁊ ideo nihil pōt i ea esse nisi qd ei dat esse. qd i ea est p virtutē suā. Dicimꝰ ḡ ꝙ deꝰ q̄ aiaz iesse pōtest est i aia p suā virtutē. vbi aūt est virtꝰ dei ibi est ⁊ essentia dei. In deo enī idē est essētia ⁊ virtus. Uñ manifestū reliqt ꝙ solꝰ deꝰ essentialr est in aia. ¶ Ad rōnes aūt i oppositū rñdet primo ꝙ diabolꝰ dr itrare cor vl mētē hois p affectū vl effectū malicie inqtū s. hō ab eo seductꝰ seqt eū ad p petrādū malū qd suggerit. Et mō dr itrasse cor iude. Uñ dicit nico. de lyra sup illd Lu. xxij. Intrauit sathanas iudā. i. aiaz p illapsū. qz est deo ppriū sz p effectū. vēditionē xpi ei suggerendo. Scdo dr ꝙ post buccellā iniectā dr diabolꝰ itrasse iudā. nō dedez possidēdo de nouo qz prꝰ argutū est itrauerat. sed itrauit post eū plenꝰ possidēdo. Sicut apli. lz spūsctū receperūt ante resurrectionē dñi. dicūt tū recepisse spūsctū i die pēthecostes qz maiorē plenitudinē eiꝰ receperunt. ¶ Ad scdam patz responsio ex dictis.

Eria sexta in qua fit mentio de morte xpi legit passio Job. xviij circa quā pluresunt disputa

ri sequentes questiones. ¶ Primo. vtrū cōueniens fuit xp̄z mori. ¶ Scdo. vtruz alia passio xp̄i suffecisset q̄ mors pro redēptione humani generis. ¶ Tertio. vtrum conueniens fuit christuz cum latronibus crucifigi.

D primaz questionez sic pceditur (iij. pte. q. l. ar. j.) Et videtur q̄ non fuit cōueniens christuz mori. ¶ Primo sic. id eñ qd̄ est principiū in aliquo genere nō disponit p id qd̄ est cōtrarium illi generi. sicut ignis qui est principiū calorīs nunq̄ potest esse frigid⁹. sz filij⁹ dei est ꝓncipiū ⁊ fōs vite ergo videt q̄ nō fuerit ꝓueniēs xp̄m mori. ¶ Scdo sic. maior est defect⁹ mortis q̄ morbi. qz p morbū pueniť ad mortē. sz nō fuit ꝓueniēs xp̄z aliquo morbo languescere. vt Chrysos. dicit sup Mat. ergo etiā nō fuit cōueniēs ip̄m mori. ¶ Tertio sic. xp̄s dicit Job. x. Ego veni vt vitā habeāt ⁊ abūdāti⁹ habeāt. sz oppositū nō pducit ad oppositū. ergo videť q̄ nō fuit ꝓueniēs xp̄z mori. ¶ In oppositū est euāgeliū pñs. Et illud Job. xj. Expedit vt moriať vn⁹ hō. p ppl'o. ¶ Rñdeo dicēdū sub ista ꝓclusiōe. cōueniēs fuit xp̄m mori. ⁊ hoc multiplici rōne. Primo q̄dē ad satisfaciendū p humano genere qd̄ erat mori adiudicatū ppter pctm̄. ꝑm illud Gen. ij. Quacunq̄z die comederitis morte moriemini Est autē conueniēs satisfaciēdi p alio mod⁹ cū q̄s subijcit se pene quaz ali⁹ meruit. ⁊ ideo xp̄s mori voluit vt moriēdo p nobis satisfaceret. ꝑm illud. j. Pet. iij. Xp̄s semel p pctis nostris mortu⁹ est. Scdo ad oñdēdū veritatē nature assumpte. Sic eñ eusebi⁹ dicit. si aliter post conuersationē cum hoibus euanescēs subito euolaret fugiens mortē ab oib⁹ cōparet fantasmati. Tertio vt a mortuis resurgēdo virtutē suā oñderet qua mortez supauit. ⁊ nobis spez resurgēdi a mortuis daret vt apl's ait. j. Cor. xv. ¶ Ad rōes in oppositū. ¶ Ad primam rñdet q̄ xp̄s est fons vite ꝑm q̄ de⁹. nō aūt ꝑm q̄ hō. Mortu⁹ aūt nō est ꝑm q̄ de⁹. sz ꝑm q̄ hō. ⁊ ita nō p cedit. ¶ Ad scdaz rñdet negādo ꝓseqntiā. Et rō est. qz xp̄s non sustinuit mortē ex morbo, pueniēte nevideret ex necessitate mori ppter infirmitatē nature. sz sustinuit mortē ab exteriori illatā cui se spontaneū obtulit. vt mors se⁹ volūtaria oñderet. ¶ Ad tertiā rñdet. negādo ꝓseqntiā. ⁊ ad pbationē dz q̄ vnuz oppositoz p se non ducit ad aliud. sz qñq̄z bene p accidēs. sicut frigidū p accidēs qñq̄z calefacit. ⁊ hoc mō xp̄s p suā mortē nos pduxit ad vitā. qz de sua morte mortē nr̄am destruxit. sicut qui penaz p aliquo sustinet remouet penam eius.

D secundam questionem. sic ꝓceditur (quolibeto.ij.ar.ij) Et videtur ꝙ alia passio xpi suffecisset ad redemptionez hūani generis sine morte ¶ Primo sic. penam quam quis ꝑ alio sustinet quantitatem accipit q̄tum ad virtutē satisfaciendi ex cōditiōe patiētis. sz xps inq̄tū est deꝰ ⁊ homo hz infinitā dignitatē ergo quelibet passio sine pena quā sustinuit. sicut fames. fatigatio. ⁊ hꝰ iusmodi sufficiens fuit ad satisfaciendū pro humano genere etiā sine morte. ¶ Secundo sic. dicit Bern. ꝙ vna gutta sanguinis xpi fuisset sufficiēs ꝑciū nre redēptiōis. sz aliq̄d de sanguine xpi effusum est in xpi circūcisiōe. ergo nō oportebat ꝙ vlteriꝰ pateret. ¶ Tertio sic. tāta potest esse ꝓtritio in nobis penitētibꝰ ꝙ totū pctm̄ dimittit. ⁊ q̄tū ad penam ⁊ q̄tū ad culpā. sz in xpo ab instāti sue ꝓceptionis fuit pfectissima caritas q̄ contritioni tribuit vim expurgādi peccatū. ergo xps ab instāti sue cōceptiōis sufficiēter satisfecit ꝑ oibꝰ pctis nostris. ⁊ ita nō oportuit ꝙ ꝑ passionē mortis satisfaceret. ¶ In oppositū est euāgeliū pfis. in quo legit mortē ꝑ humano genere subisse. ¶ Scdo sic. dicit apls ad Gal. ij. Si ex lege est iusticia. ergo xps mortuꝰ est gratis. i. inutiliter et sine causa. sed si alia passio sufficeret sine morte. xps gratis mortuꝰ esset. sz hoc dicere est incōueniēs. ergo alia passio xpi sine morte ad redēptionez humani generis nō suffecisset. ¶ Rūdeo dicēdū sub ista ꝓclusione. ꝙ alia passio xpi sine morte lz suffecisset ad redēptionē humani generis ꝓsiderata ꝓditione ꝑsone patientis propter infinitam dignitatez ꝑsone non tñ ꝓsiderato genere pene ad quam humanū genꝰ ꝑpter pctm obligatū erat. Ista ꝓclusio ꝑpz ex illo ad Heb. x. Xps vna oblatione consūmauit in eternum sāctificatos. ⁊ ideo nō est locus secūde oblationis. sz manifestū est ꝙ xps ante mortē multas passiones sustinuit esuriēs laborās consputus ⁊ flagellatus. si ergo iste passiones suffecissent. nō oportuisset seipsum ad mortē. Obtulit aūt seipsum hostiā deo patri pro pctis nostris. vt dr ad Eph. v. ⁊ hoc ꝑ mortē. ergo passio xpi absq̄ morte nō suffecisset Sed sic. homo erat debitor mortis. ergo xps debuit pro alijs satisfacere recōpensando. oportuit q̄ ipse mortem quam non debebat exolueret. Vñ gregoriꝰ. iij. moralium ꝙ nisi xps mortem indebitam suscepisset neq̄q̄ nos a morte debita liberaret. ¶ Pro plāniori noticia veritatis huius ꝓblēmatis conclusiōis est notandū iuxta sanctum thomam (iij. sen. di. xx

q.j.ar.iij.q.j.) Q̃ christi satisfactio pro tota humana natura duas conditiones concernere debuit.s.vt esset vniuersalis respectu omnium satisfactionum quodammodo. Scdo vt esset exemplaris respectu omnium particularium satisfactionum. Vniuersalis autem erat.non per predicationem de multis quasi per multas satisfactiones particulares multiplicata. sed habens virtutem respectu omniuz. Vñ non oportuit q̃ ipse omnes penas que ex peccato cõsequi possunt assumeret in seipso.sz illaz ad quam omnes ordinantur ⁊ q̃ cõtinet in se omnes penas q̃uis non actu. Finis aũt omnium terribiliũ est mors.vt dicit phs.iij. ethi. ⁊ ideo per passionem mortis debuit satisfacere. Inq̃tũ ẽo fuit exẽplaris respectu nr̃az satisfactionum debuit habere magnitudinẽ excedẽtẽ oẽs alias satisfactiões.qz exẽplar dz esse p̃stanti exẽplato. ⁊ ideo p̃m maximã penaz debuit satisfacere scz p mortẽ. ¶ Ad rõnes i oppositũ. ¶ Ad p̃ma r̃ñdet. negãdo p̃seq̃ntiam. Et rõ est.qz lz pene alie q̃s xp̃s sustinuit essẽt sufficiẽtes ad satisfactionẽ ,p humana natura p̃siderata p̃ditiõe patiẽtis.nõ tñ p̃sideratogenere pene ad quã geñ humanũ erat obligatũ ,ppter pctñ quod tñ esse debebat vt scz nos ꝺ morte p mortẽ redimeret. ¶ Ad scdam r̃ñdet eodem mõ.q̃ q̃uis gutta sanguis quã i circũcisione fudit esset sufficiẽs ad satisfactionẽ p̃siderata cõditione persone.nõ tñ vt dictũ est. ¶ Ad tertiã respõdetur negãdo p̃ñam et ratio est.qz ꝓtritio non tantũ habet vim ex caritate.sed etiaz ex dolore.⁊ ideo ratione caritatis delet culpã.ratione aũt doloris cõputat̃ in satisfactione pene.alie aũt pene xp̃i nõ sufficiũt qz i eis nõ cõtinet̃ oẽs alie pene sicut in passione mortis ꝓtinent̃.

D tertiaz questionẽ. sic ,pcedit̃.C iij. par.q.xlvj.arti.xj.) Et videtur q̃ nõ fuit ꝓueniẽs xp̃m cum latronib̃ crucifigi. ¶ Primo sic.dicitur.ij.ad Cor.vj.que participatio iusticie cũ iniquitate.sed xp̃s factus est nobis iusticia. Iniq̃tas aũt pertinet ad latrones.nõ ergo fuit cõueniens vt xp̃s simul cũ latronibus crucifigeret̃. ¶ Scdo sic. sup illud matth. xxvj. Si oportuerit me mori tecum non te negabo.dicit origeñ. Mori cum iesu pro omnibus moriente hoim nõ erat.ergo minus fuit ꝓueniẽs vt simul cum latronibus moreret̃. ¶ In oppositũ est euangeliũ p̃sens. ¶ R̃ñdeo dicendũ q̃ xp̃s crucifixus est inter latrones.alia q̃dez ratione q̃tum ad intentionẽ iudeorũ.alia ẽo q̃tum ad dei ordinationẽ.Quãtũ ẽo ad intẽtionẽ

iudeorũ duos latrones vtrimq; crucifixerũt. sicut dicit chrys. vt eorũ suspitiõis fieret pticeps sz non ita euenit. nam crux vbiq; honoratur. Quantũ vo ad dei ordinationem xp̃s cuz latronibus crucifixus est. qz vt Hieronim⁹ dicit sup matthеũ. Sicut male dictũ crucis factus est xp̃s. sic ,p omniũ salute inter noxios quasi noxius crucifigiť. Scdo vt dicit Leo papa in sermone de passione. duo latrones vnus ad dexteram alius ad sinistram crucifiguntur. vt in ipsa patibuli specie demõstraretur illa q̃ in iudicio ipso omniũ hominũ faciẽda est distinctio. Et aug. dicit sup ioh. Ipsa crux si attendes tribunal fuit. in medio enim iudice cõstituto vn⁹ qui credidit liberatus. alter q̃ insultauit damnatus est iam significať q̃d factur⁹ est de viuis ⁊ mortuis. alios positur⁹ ad dexteram. alios vero ad sinistram. ¶ Ad rationes in oppositũ. ¶ Ad primã rñdetur. q̃ ratio non ,pcedit. Et ratio est. qz sicut xp̃s debitũ mortis nõ habuit sz mortem voluntarie subijt vt sua virtute vinceret mortẽ. ita etiaz nõ habuit meritũ vt cum latronibus poneret. sz voluit cum iniquis deputari vt sua virtute iniqtates destrueret. Vñ Chrysos. dicit sup Mat. q̃ latronẽ in cruce cõuertere ⁊ in paradisũ inducere nõ min⁹ fuit q̃ cõtũdere petras. ¶ Ad scdaz rñdeť. negãdo ,seqntiã. Et rõ est. qz nõ ,euenie-

bat q̃ cũ xpo aliquis pateretur ex eadem causa. Vñ Origenes ibidem subdit. Omnes fuerunt in peccatis ⁊ omnes opus habebant vt pro eis alius moreretur non ipsi pro alijs.

Abbato sancto legiť euangelium. Et spere aut sabbati ⁊c. mane xrviij. Lin. qd̃ possunt deputari sequẽtes q̃stiões. ¶ Primo. vtrum cõueniens fuit xp̃s sepeliri. ¶ Scdo. vtrum conueniens fuit vt xp̃s ad infernũ descenderet. ¶ Tertio. vtrum xp̃s totus fuit in inferno.

D primã questionẽ. ,pceditur. videtur q̃ fuit ,ueniens xp̃m sepeliri. ¶ Pro hc. hil circa xp̃m fieri debuit non esset salutiferum nobis. in nullo videtur ad salutez pertinere q̃ xp̃s fuit sepultus. ergo non fuit ,ueniens xp̃m sepeliri. ¶ Scdo sic. Sicut ,ueniens fuit vt moreretur morte ignominiosa. ita videtur q̃ debuit sepeliri sepultura abiecta ⁊ vili. hoc nõ est factuz. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. si dicatur q̃ xp̃s sepeliri voluit vt daret hominib⁹ sp

resurgendi de sepulcro. ergo similiter incinerationē corporis sui pati debuit. vt spem resurgēdi incineratis post incinerationem daret. sed hoc non fuit oueniens. ergo ꝛc. ¶ Quarto. sicut mors est pena peccati primi parentis. ita ꝛ incineratio. Dictum est eim primo homini post pctm̄. Puluis es ꝛ in puluerē reuerteris. vt dr Gen̄. iij. sz xp̄s mortez sustinuit vt nos a morte liberaret. ergo etiam cum sepeliri voluit incinerari debuit corp̄ eius vt nos ab incineratiōe liberaret ¶ Quinto. sic corp̄ christi fuit sepultum videl q̄ separatū fuit a diuinitate cui erat vnitiū. pz cōsequentia. qz remoto medio remouentur extrema. sz diuinitas vnita est carni mediāte aia. ergo in morte xp̄i cum sit separata anima a carne xp̄i ꝛ ita iaceat in sepulcro sine aia. per consequēs diuinitas fuit separata a carne. ¶ In oppositū est euāgeliū pñs. vbi ait. Mittens mulier hoc vnguentū in corp̄ meū ad sepeliendum me fecit. ¶ Rñdeo dicendū sub certis ꝛclusionibus. Prima est q̄ ꝛueniēs fuit xp̄m sepeliri. Nuc ꝛclusio ꝓbat sic (iij. pte. q. lj. ar. j.) Cōueniēs em̄ fuit xp̄m sepeliri ex multiplici respectu. Primo ad ꝓbandū veritatē mortis. Nō em̄ aliq̄s in sepulcro ponit nisi qui iā de veritate mortis ꝓstat. Vñ Mar. xv. legit q̄ pilatus anteq̄ ꝓcederet xp̄m sepeliri diligēti inq̄sitiōe cognouit eū esse mortuuz. Scdo. qz p hoc q̄ xp̄s de sepulcro resurrexit datur spes resurgēdi p ipsum his qui sunt in sepulcro. ꝓm illud Jo. v. Oēs q̄ in monumētis sūt audiēt vocē filij dei ꝛ q̄ audierint viuēt Tertio ad exēplū eorum qui per mortē xp̄i spūaliter moriūt peccatis. q̄ scz absconderent a turbatione horz. Vñ dr Col. iij. Mortui estis ꝛ vita vestra abscondita est cū xp̄o in deo. Scda ꝛclusio. (que habet vbi. s. art. ij. ad. iiij.) Cōueniens fuit vt xp̄s sepeliret in horto ad significādū q̄ p mortem ꝛ sepulturā ipsi⁹ liberamur a morte quā incurrim⁹ per pctm̄ ade in horto paradisi cōmissum. Tertia ꝛclusio. Cōueniēter xp̄s sepult⁹ est i sepultura aliena. vt dicit augu. i quodā sermone. qz p alios moriebat salute. Quarta ꝛclusio. ꝛueniēs fuit vt sepeliret i nouo monumēto. qz si aliquis ibi ante fuisset sepult⁹ potuisset calūniari a iudeis q̄ ille surrexisset ꝛ nō xp̄s. Et eadē ratione repultus est conuenienter in sepulcro qd̄ exciderat de petra. ne si sepultus fuisset in terra diceret a iudeis q̄ discipuli per cauernas terre eū extraxissent. Quinta ꝛclusio. cōueniens etiā fuit vt corpus xp̄i inuolutū esset in syndone mūda. i. panno lineo mundo quia corpus eius erat mundissimū. Unde propter hoc corpus xp̄i non cōsecrat in altari super pannū sericū sed lineum. qz corpus xp̄i tali panno

fuit inuolutum. vt dz de conse. di.j. Sexta ꝛclusio (q.ꝛc.pōik. vbi.s.ar.iij.) Licꝫ ꝓueniēs fuit xpm sepeliri. non fuit tamen cō ueniens corpus eius icinerari. Ista ꝛclusio patet ex illo ps. Nō dabis sanctum tuū videre corru ptionē. qd Damascen⁹ exponit. de corruptione que est p resolu tionem in elementa. Ondik etiā ꝛclusio ex hoc ꝙ putrefactio cu iuscūꝫ corporis ꝓuenit ex infir mitate nature illi⁹. q̄ non potest amplius ꝓtinere corp⁹ in vnum. mors autē xpi sicut supra dictū est non debuit esse cum infirmi tate nature. ne crederek esse in voluntaria. ꝛ ideo nō ex morbo sz ex passione illata voluit mori eui sic abstulit spōte. ꝛ iō xps ne mors ei⁹ infirmitati aiberek vo luit corp⁹ suū qualitercūꝫ putre fieri aut qualitercūꝫ resolui. sz ad ostentationē virtutis diuine voluit corp⁹ illud incorruptum permanere. Septima cōclusio. (q̄ pōik. iij. p. q. j. ar. ij. itē. iij. sen. di. xxj. q. j. ar. j. q. p̄ma.) Diuini tas non fuit separata a carne xpi. nec i morte nec i sepultura. Pa tet ꝛclusio. Dicik em̄ in symbo lo. ꝙ filius dei mortuus est ꝛ se pultus. sed hoc nō dicitur nisi qz corpus in sepulcro fuit. ergo di uinitas a corpore separata non fuit. Cuius ratio etiaz ex trib⁹ accipi pōt. Primo ex parte dei. quia cuz sit immutabilis ꝛ qd si bi perfecte cōiunctuz est immu tabilitatem prestat. vt scz ei im mutabiliter adhereat. Secūdo ex parte ipsi⁹ assumpti. ꝙ p mor tem quam ex obedientia patris sustinuit non debuit suam digni tatē amittere. sed magis debuit clarificari. Tertio ex fine assum ptionis. quia ea que post morte ipsius circa ipsum acta sunt sa lutaria nobis nō fuissent nisi di uinitas iuncta fuisset. ¶ Ad ra tiones in oppositum. ¶ Ad pri mam respondetur negando ma noreꝫ. Dicim⁹ em̄ ꝙ sicut mors efficienter opata est nostram sa lutem. ita etiā ꝛ eius sepultura. Unde Hieronim⁹ dicit sup Mat theum. Sepultura xpi resurrec mus Et Esaie. liij. Dabit ipse pro sepultura. dicit glo. j. Petri que sine pietate erant deo pa dabit. quia mortuus ꝛ sepultus eos acquisiuit. ¶ Ad scdaz ratio tur negādo ꝓsequentiam. Unde cim⁹. ꝙ licet mors christi fuerit ignominiosa. sepultura tñ eius debuit esse nobilis ꝛ sumptuosa. Cuius ratio est. qz passibilitatem ꝛ humilitatez assumpsit xps pro nostra redemptione. ideo illa ad pleta in sua morte. p̄dicta debu runt cessare ꝛ ea sequi q̄ quodā modo ad gloriaz sue resurrectio nis pertinere videbantur. Unde vtrūꝫ fuerat dictū p esaiā. propha taz. De turpitudine mortis Christi Esa. liij. Tāq̄ ouis ad occisionem ducetur ꝛc. Et sequitur ibidem. Et cuz sceleratis reputatus est. Denobilitate sue sepulture dicitur. Esa. xj. Radix iesse q̄ stat ꝛc.

sequitur. Et erit sepulcrum eius gloriosum. ¶ Ad tertiā rñdetur negando consequentiā Et ratio est. qz xps de sepulcro resurrexit virtute diuina q̄ nullis terminis coartat. ⁊ ideo q̄ a sepulcro surrexit sufficiēs argumētū fuit q̄ homines erant resuscitandi virtute diuina nō solū de sepulcris sz de quibuscūqz terrenis. ¶ Ad quartam rñdetur negando ꝓsequentiam. Et ratio. qz xps cū nō esset subiect⁹ peccato. nec morti erat obnoxius. nec incinerationi. que erāt pene originalis pctī tñ mortez libēter substinuit propter salutē nostram. Si aūt corpus fuisset putrefactuz vel resolutum. magis hoc fuisset i detrimentum humane salutis. dū nō crederetur in eo esse virtus diuina Vñ ex ꝑsona ei⁹ dicit in ps. Que vtilitas in sāguine meo dū descendero in corruptionē. q. d. Si corp⁹ meū putrescat ꝑderet effusi sanguis vtilitas. ¶ Ad quītaz rñdetur negando ꝓsequētiā. Dicimus eñ q̄ in morte xpi non fuit diuinitas separata a carne nec ab anima. Nam vt dicit leo papa. Tanta fuit vnio dei ⁊ hois vt nec supplicio possit dirimi nec morte distingui. ¶ Ad ꝓbationē aūt respondem⁹ q̄ anima quantū ad vnibilitatez corporis est mediuz necessitatis. qz corp⁹ non esset vnibile nisi inquantum est animatū. sed quantū ad vnionem in actu. est medium cōgruētie. q̄ remoto nō necessario vnio tollit et indeo qz separata aia a corpe adhuc remāsi ordo i corpe ad animam. ideo non tollit vnio diuinitatis ad carnem.

D secūdā questionē sic ꝓceditur. Et videt q̄ non fuit ꝓueniēs xpm ad infernuz descendere. ¶ Primo sic. Sicut eñ dicit Augustinus ad dardanū Nomē inferni in scriptura semp in malo accipitur. sed illud qd̄ semp in malo accipit nō cōuenit xpo. ergo nec descēdere in infernuz. ¶ Secundo xps p passionē suaz quam in hoc mūdo sustinuit nos liberauit a culpa ⁊ pena ergo nō fuit conueniens q̄ xps in infernum descēderet. ¶ Tertio. Christus non descendit in locum dānatoz locuz tenebrosum ⁊ opertum mortis caligine. quia nulla est conuentio lucis ad tenebras vt dr. h. Cor. vj. ergo xps qui est lux ad infernum non descendit. ¶ In oppositum est symbolus fidei vbi dr descendit ad inferos. ¶ Respondeo dicendū sub trib⁹ ꝓclusionibus ꝑ maiori declaratione materie. Prima conclusio (iurta san. tho. iij. p. q. lij. ar. j.) Conueniens fuit xpm ad ifernū descendere vt infernus nominat locū non penā damni vel sensus Patet conclusio Tum primo qz christus venerat penam nostraz

portare vt nos a pena eriperet.
ſm illud Eſa.liij. Vere languo-
res noſtros ipſe tulit ⁊ dolores
noſtros ipſe portauit expeccato
autem homo incurrerat non ſo
lum mortem corporis ſed etiaz
deſcenſum ad inferos. Et ideo
ſicut fuit conueniens eum mori
vt nos liberaret a morte.ita con
ueniens fuit ei deſcendere ad in
feros.vt nos a deſcenſu ad infe-
ros liberaret. Vñ Oſee.xiij.dici
tur. Ero mors tua o mors. ero
morſus tuus inferne Scdo fuit
conueniens vt dicto diabolo per
paſſionem victos eius eriperet
qui detinebātur in inferno. Ter
tio vt ſicut poteſtatem ſuā oſten
dit in terra viuendo ⁊ moriendo
ita poteſtatem ſuam oſtenderet
in inferno ipſum illuminando ⁊
viſitando. Vnde in pſalmo dr.
Attollite portas principes ve-
ſtras.glo.id eſt principes infer-
ni auferte poteſtatem veſtram
qua vſqz nunc homines in infer
no detinebatis.Et ſic in nomine
ieſu omne genu flectatur non ſo-
lum celeſtiū ſz etiam infernorū.
vt dr Phil.ij. ¶ Secunda pclu-
ſio.Anima xpi non deſcendit in
omnē ptem inferni ſm eſſentiaz
ſuam. Pro quo ſunt duo notan-
da Primū eſt q quadruplex eſt
infernus. Vnus eſt infernus dā
natorꝝ.in quo ſunt tenebre ⁊ quā
tum ad carentiā diuine viſionis
et quantum ad carentiaz gratie
⁊ eſt ibi pena ſenſibilis. ⁊ hic in
fernus eſt locus damnatorum.
Alius eſt infernus ſupra iſtum
in quo ſūt tenebre ⁊ q̄tuz ad ca
rentiam diuine viſionis ⁊ pter
carentiam gratie. ſed nō eſt ibi
pena ſēſibilis. ⁊ dicit limbꝰ pu
rorꝝ.Alius eſt ſupra iſtuz in quo
ſunt tenebre quantuz ad caren
tiam diuine viſionis.ſed nō quā
tum ad carentiaz gratie. ſed ibi
eſt pena ſenſus.⁊ dicit purga-
riū Aliꝰ eſt magis ſupra in quo
ſunt tenebre q̄tum ad carentia
diuine viſiōis.ſz nō q̄tū ad ca
tiā gr̄e.nec eſt ibi pena ſenſibilis
et hic eſt infernus ſctōrꝝ patru
in hunc tantū deſcēdit chriſtus
q̄tum ad locū non quantū ad
ritualiū tenebrarꝝ experientiā.Se
cundo nota (vt hr. vbi.ſ.ar.
q duplicit dr aliqd alicubi eſſe
Vno mō p ſuū effectū.⁊ hoc m
xps in quēlibet infernū deſcēd
aliter tñ et aliter.nā in infern
damnatorꝝ habuit hūc effectū
deſcendēs xps ad inferos de
incredulitate ⁊ malicia illos
futauit. Illis vero q detinebā
in purgatorio ſpem glorie con
quentis dedit. Sanctis aut p
tribus q pro ſolo peccato ori
nali detinebantur lumen eter
glorie infudit. Alio mō dr alic
eſſe alicubi p ſuā eſſentiā.⁊ hoc
mō aia xpi deſcēdit ſolū ad lo
inferni in quo iuſti detinebā
vt quos ipſe p gratiam inter
viſitat ſm deitatē eos etiam
animā viſitaret ⁊ loco. ¶ Terti
concluſio (que ponitur vbi.ſ.a
iij.) Anima xpi tamdiu mani

in inferno q̃diu corpus in sepulcro. Ista conclusio patet ex illo Act.ij. Quē deus suscitauit solutis doloribꝰ inferni. ergo videt q̃ in inferno fuit vsq̃ ad horam resurrectionis. Rōne aūt pt̃z sic Nā cū anima ⁊ corporꝰ sunt ꝓportionabilia. tantuz debuit anima stare in inferno q̃tum corpus in sepulcro vt p vtrūq̃ patribꝰ suis similaret ¶ Quarta ꝛclusio. christus p̃es sanctos existentes in illa parte inferni que dr. limbꝰ patrum eduxit de inferno. Patz ꝛclusio ex illo Zach.ix. Tu vero in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu ⁊c. Quinta ꝛclusio (q̃ sil'r ponit vbi. s̄. arti. vij.) Christus non eduxit illos q̃ erāt in limbo pueroꝝ. Patet ꝛclusio. Redemptio eiūs xpi non habet locum nisi in illis qui fuerūt mēbra xpi. Unde cū pueri q̃ erāt in limbo nūq̃ fuerunt mēbra xpi nec p fidem, ꝓpriaz nec per fidei sacramentum qd̄ nunc ē baptismus qd̄ tunc erat circūcisio vel sacrificium. cōstat q̃ ipsi liberati non fuerūt ¶ Sexta cōclusio. (quā ponit idem vbi. s̄. ar. vj.) Existētes in parte inferni dānatoꝝ non liberauit Patet ꝛclusio qz in inferno nulla est redēptio. ergo nulli de illo loco sunt liberati. Ratione sic ostendit. Pena non potest tolli manente culpa. Illi autem qui sunt damnati in inferno sūt obstinati in malicia sicut demones ⁊ ideo de pena illa liberati non potuerunt. ⁊ hoc nō fuit ex insufficiētia liberātis sed ex indispositione ipsoꝝ damnatoꝝ ¶ Septima ꝛclusio (quē ponitur vbi. s̄. ar. viij.) Christus non liberauit regularit animas existentes in purgatorio. Ista cōclusio patet. Pro peccato quod per se quis cōmisit debet purgationem pati. sed penam purgatorij sustinet homo, p peccatis que cōmisit. ergo p penam quaz ipse tulit debet purgari ⁊ nō p penaz xpi. Nisi dicatur q̃ in vita sua meruit per fdem et deuotionem ad mortem xpi vt per passionē christi liberaretur. Vel hoc ex speciali gratia fuit collatum. q̃ illi qui in purgatorio inuēti fuissēt absoluti essēt p passionē xpi quā illi q̃ nūc sūt in purgatorio nō sequant effectū plene liberatiōis ex sola passione xpi. ¶ Ad rōnes in oppositū. ¶ Ad ꝑmā rndet. q̃ nomē iferno sonat in malū pene nō i malū culpe. vt̄ decuit xpz in ifernū descēdere nō tāq̃ ipse debitor esset pene. sz vt eos qui erāt pene obnoxij liberaret. Ad secundā rndet. negādo cōsequētiā. Et ratio est. Quia passio xpi fuit quedam causa vniuersalis humane salutis. tam viuorum q̃ mortuorū. Causa aūt vniuersalit applicat ad singulares effectꝰ p aliq̃d spēale. vt̄ sicut ꝗrꝰ passionis xpi applicat viuētibꝰ per sacramenta configurantia nos passioni christi. ita etiam applicata est mortuis per descēsū xpi ad inferos, ppter qd̄ Zach. ix.

dicitur. ꝙ eduxit victos de lacu in sanguine testamēti sui. id est per virtutē passionis sue. ¶ Ad tertiā respōdetur negādo ꝓnāz. Et ratio est. qz vt supra notatur. quadruplex est infernus. Secūdo potest dici ꝙ si xp̄s nō descendit in infernū per suā essentiaz. descēdit tm̄ p effectū. vt dictū est

D tertiam questionē sic pceditur. vbi supra. art. iij. Et videtur ꝙ nō totus xp̄s fuit in inferno. ¶ Primo sic. Corpus xp̄i est aliqua pars eiꝰ. sed corpus xp̄i non fuit in inferno. ergo totus xp̄s nō fuit in inferno. ¶ Scdo sic. nihil cuius partes ab invicē separate sunt potest dici totuz. sed corpus ⁊ aia que sunt ptes hūane nature fuerūt ab invicez separate post mortem descēdit aut xp̄s in infernū mortuꝰ existens. ergo nō potuit esse totus in inferno. ¶ Tertio. illud totū dicitur esse in loco cuius nihil extra illū locū est. sed aliqd xp̄i erat extra infernuz. qz ⁊ corpus erat in sepulcro ⁊ diuinitas vbiq;. ergo xp̄s nō fuit totus in inferno. ¶ In oppositū est illud augusti. in libro de symbolo. Totꝰ filius apud patrē. totus in celo. totus in terra. totꝰ in vtero virginis. totus in cruce. totus in inferno. totus in paradiso quo latronem induxit. ¶ Respōdeo dicendū sub ista cōclusione. ꝙ xp̄s in illo triduo mortis totus fuit in sepulcro. ⁊ totus fuit in infe no. lz nō fuit totū qd pertinet ad humanā naturā. que ꝓclusio ostēditur. Masculinū genus refertur ad hypostasim vel psonā neutrū aūt genus ptinet ad natura. sed in morte xp̄i lz anima separata fuerit a corpe. neutrū tm̄ fuerat separatū a psona filii dei. ⁊ ideo in illo triduo mortis dicendū est. ꝙ totus xp̄s fuit in sepulcro. qz tota psona fuit per corpus vnitū. ⁊ similiter totus fuit in inferno. qz tota psona xp̄i ibi fuit ratione aie sibi vnite. totus etiaz xp̄s tunc erat qz ratione diuine nature. ¶ Rōnes in oppositū. ¶ Ad primā respōdetur negādo ꝓnam. ⁊ ratio est. qz corpus xp̄i quod non erat iu sepulcro nō est pars psone increate. sed nature assumpte. ⁊ ideo per hoc ꝙ corpus xp̄i nō fuit in inferno nō excludit qm̄ totus xp̄s fuerit sed ostendit ꝙ nō fuit totū qd pertinet ad humanā naturā. ¶ Ad scdam respondetur negādo ꝓnam. ⁊ ratio est quia ex aia ⁊ corpore cōstituitur totalitas humane nature. nō autem totalitas diuine persone. ideo soluta vnione anime ⁊ corporis per mortē remāsit totus xp̄s sed remāsit humana natura in sua totalitate. ¶ Ad tertiam respōdetur negādo ꝓnam. ⁊ ratio est. qz assumptū nō habet

cum nisi in his que corporaliter et circũscriptiue sunt in loco. ꝙ si totum est alicubi nihil eius sit extra. sed hoc in deo locũ nõ habet. Unde augu. dicit in lib. de symbolo. Non p diuersa tẽpora vel loca dicimus xpm esse vbiq; totũ vt modo ibi totus sit ⁊ alio tempore alibi totus. sed vt semper vbiq; sit totus.

In die resurrectionis legitur euangeliũ. In illo tpe. Maria magdalene ⁊c. Mar. xvj. possunt disputari sequẽtes questiones. ¶ Prima. vtrũ necessarium fuit xpm resurgere. ¶ Secũda. vtrum ꝓueniens fuit xpm tertia die resurgere. ¶ Tertia. vtrũ totus sanguis q̃ per eũ fusus est pro humana redẽptione fit in resurrectione reassumpt?.

D primaz questionez sic pcedit. (iij. p. q. liij. ar. j.) et videtur ꝙ nõ fuit necessarium xpm resurgere. Primo sic. Dicit damascenus in. iiij. lib. Resurrectio est eius quod cedit ⁊ dissolutum est iterata surrectio. sed xps non cecidit per peccatũ nec corpus eius dissolutuz est. ergo nõ ꝓuenit ei resurgere. ¶ Secdo sic. ea que circa humanitatem sunt acta ad nostrã salutẽ ordinantur. sed sufficiebat ad nostrã salutẽ passio xpi per quã sumus liberati a culpa ⁊ a pena. nõ ergo fuit necessariũ ꝙ xps a mortuis resurgeret. ¶ Tertio sic cõfirmat ratio precedẽs. Post vltimã ꝓsummationẽ nõ est aliud necessariũ. sed vltima cõsummatio facta est in passione. qz tunc dixit. Cõsummatũ est. Job. xix. ergo nõ fuit necessariũ ꝙ postea resurgeret. ¶ In oppositum est euangeliũ psens vbi dicitur. Surrexit nõ est hic. ⁊ illõ Luc. vltimo. Oportebat xpz pati et a mortuis resurgere. ¶ Rsideo dicendũ sub certis cõclusionibus. Prima ꝓclusio. ꝙ necessarium fuit xpm a mortuis resurgere. que ꝓclusio ptz ꝑmo ex illo apli j. Cor. xv. Si xps non surrexit inanis est fides nostra. sed sine fide nõ iustificamur. ergo necessariũ fuit xpm resurgere. preter ea necessitas resurrectionis xpi colligit ex multis. Primo ad cõmendationẽ diuine iusticie ad quã ptinet exaltare illos q̃ propter deũ se humiliauerũt. sm illud Luc. j. Deposuit potẽtes. et exaltauit humiles. qz igit xps ꝓpter caritatẽ et obedientiã dei se humiliauit vsq; ad mortẽ crucis. oportebat ꝙ exaltaret a deo vsq; ad gloriosaz resurrectionẽ.

Secundo fuit necessariū ad fidei nostre instructionē. quia per eius resurrectionē ꝓfirmata est fides circa diuinitatē xpi. quia vt dicitur. ij. Cor. vlk. Si crucifixus est ex infirmitate nostra viuit ex virtute dei. Tertio fuit necessarium xpm resurgere ad subleuationē spei nostre. qz duz videmus xpm resurgere qui est caput nostrū. speramus et nos resurrecturos. Unde dicitur. j. Cor. xv. Si xps predicat q̃ resurrexit a mortuis. qūo quidaz dicunt in vobis qm̃ resurrectio mortuorum non est. Et iob. xix. Scio per certitudinem fidei q̃ redemptor meus. i. xps viuit. a mortuis resurgēs. ⁊ ideo in nouissimo die de terra surrecturꝰ suz reposita est hec spes mea in sinu meo. Quarto fuit necessarium ad informationē vite fidelium. ꝟm illud ad Rom̃. vj. Quo modo xps resurrexit a mortuis per gloriam patris. ita et nos in nouitate vite ambulemus. Quinto fuit necessariū ad complementum nostre salutis. quia sicut per hoc q̃ mala sustinuit moriendo vt nos liberaret a malis. ita glorificatus est resurgēdo vt nos promoueret ad bona. ꝟm illud Rom̃. iij. Traditus est propter delicta nostra ⁊ resurrexit ppter iustificationē nostrā.

¶ Secūda conclusio (que ponit iij. par. q. liij. ar. j.) Xps post resurrectionē habuit verum corpus. Ista conclusio ptz ꝓmo sic. Xps vere resurrexit vt dictū est sed ad hoc q̃ sit vera resurrectio oportet q̃ idem corpus eidē aie vniret. ⁊ qz veritas nature corporis est ex forma. ꝓsequēs est q̃ corpꝰ xpi post resurrectionē veruz corpus fuerit ⁊ eiusdē nature cuius fuerat prius. Si aūt corpus fuisset fantasticū nō fuisset vera resurrectio sed apparēs.

¶ Tertia ꝓclusio (que habet vbi sup̃. ar. ij.) Corpꝰ xpi resurrexit gloriosum. Ista ꝓclusio ostēditur ratione. qz resurrectio xpi fuit exēplar ⁊ causa nre resurrectōis vt habet. j. Cor. xv. Scti aūt habebūt in resurrectione corpora gloriosa sicut dicit ibidē. Qd̃ sequitur in mortalitate surget in gloria. vnde cū causa sit potior causato ⁊ exēplar exēplato. multo ergo magis corpus xpi fuit gloriosum. ¶ Quarta ꝓclusio. xps surrexit resurrectione perfecta priusq̃ qui cūq̃z aliꝰ resurgētiū. Ista ꝓclusio ptz ex illo. j. Cor. xv. xps resurrexit a mortuis primitie dormiētiū glo. qz priꝰ tpe ⁊ dignitate surrexit. Rōne (quā habet. iij. par. q. liij. arti. iij. sic.) Resurrectio est repatio a morte in vitā. Dupliciter aūt aliq̃s eripitur a morte. Uno modo solū a morte in actu. vt si aliq̃s viuere incipiat qualitercūq̃z postq̃ mortuꝰ fuerat. Alio modo vt aliquis liberet nō solū a morte sed a necessitate. ⁊ qd̃ plus est a possibilitate moriēdi ⁊ hec est vera ⁊ perfecta resurrectio. Quādiu

aliquis viuit subiectus necessitati moriēdi quodāmodo mors ei dñatur ⁊ sic ptz ꝙ illa resurrectio qua ḋs eripiť solū ab actuali morte est resurrectio impfecta. Loquēdo ergo de resurrectione perfecta xp̄s est p̄mus resurgentiū. qz ipse resurgēdo primo peruenit ad vitā penitus immortalē. ꝓm illud Rom̄. vj. xp̄s resurgēs a mortuis iam nō moritur. sed resurrectione imperfecta quidam alij surrexerūt ante xp̄m ad p̄remonstrandū quasi in quodā signo resurrectionē ipsi? Unde illi q̄ resuscitati sunt in veteri testamēto. ⁊ illi q̄ sunt resuscitati a xp̄o sic redierūt ad vitam vt iterū morerenť. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primā rñdetur negādo ꝓñam. Et ratio est. qz lz xp̄s nō ceciderit p̄ peccatum. cecidit tñ per mortez. qz sicut peccatū est casus a iusticia ita mors est casus a vita. Similiter lz corpus xp̄i nō fuerit dissolutū per incinerationē. ipsa tñ separatio aie a corpore dissolutio quedā fuit. ¶ Ad scḋam respōdetur ꝙ etiā resurrectio xp̄i operata est nostrā salitē. sed passio xp̄i operata est nostrā salutē. ꝓpzie loquendo q̄tum ad remotionē malorū. resurrectio autez q̄tum ad inchoationē ⁊ exemplar bonorum. ¶ Ad tertiam respondetur negando ꝓsequentiā. Et ratio est. quia lz in morte facta sit cōsummatio omniū eorū que exigebātur ad satisfactionē que quidem non est facta per resurrectionem. nihilominꝰ in resurrectione facta est consummatio q̄tum ad perfectionem in bono ⁊c.

D secūdaz questionē sic proceditur. ⁊ videť ꝙ non. fuit cōueniēs christū resurrexisse tertia die. ¶ Primo sic. mēbra debent capiti conformari. sed nos qui sumus membra christi non resurgimus tertia die. sed nostra resurrectio differtur vsqz ad finem mundi. eggo videtur ꝙ xp̄s qui est caput nostruz non debuerit tertia die resurgere. ¶ Secūdo sic (vt habeť. iij. sen. di. xxj. q. ij. ar. ij.) separatio anime a corpore in xp̄o nō fuit facta nisi p̄pter redemptionez humane nature. sed in instanti mortis redēptio soluto precio completa est ergo debuit statim resurgere et nō differre vsqz in diem tertiaz. ¶ Tertio sic. dies videtur incipere ab ortu solis qui sua p̄sentia diem causat. sed ante solis ortum xp̄s resurrexit. Diciť enī Job. xx. ꝙ vna sabbatorum maria magdalena venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum. ⁊ tunc christus iam resurrexerat. et vidit reuolutum lapidē a monumento: ergo christus non resurrexit tertia die.

¶ Quarto sic. dicitur Matt. xij. Sicut ionas fuit in ventre ceti. sic filius hominis in corde terre tribus diebꝰ ⁊ tribus noctibus. ergo videtur ꝙ nõ resurrexit tertia die. sz q̃rta vel quinta. ¶ Quito sic. nor contra diez diuiditur. Sed dicit gregorius in omelia huius diei. Christuz de nocte resurrexisse sicut sanson de nocte portas gaze tulit. Judic. xvj. ergo videtur ꝙ xp̃s nõ resurrexit tertia die sz secũda nocte. ¶ In oppositũ est qd̃ in symbolo canitur. Et resurrexit tertia die. Et Mat. xx. Tradẽt eũ gentibꝰ ad illudendum ⁊c. sequit. Et tertia die resurget. ¶ Rñdeo dicendũ sub ista conclusione. ꝙ xp̃s conuenienter resurrexit tertia die. Que conclusio sic ostenditur. (iij. parte. q. liij. arti. j.) Resurrectio christi sicut dictum est in questione precedenti necessaria fuit ad instructionem fidei nostre. Est autem fides nostra ⁊ de diuinitate et de humanitate xp̃i non enim sufficit alteruz sine altero credere. ⁊ ideo ad hocꝙ cõfirmaretur fides diuinitatis ipsius. opz ꝙ cito surgeret ⁊ eiꝰ resurrectio nõ differretur vsqz ad finem mũdi. Ad hoc aũt ꝙ confirmarek fides de veritate humanitatis et mortis eius oportuit moram esse inter mortem ⁊ resurrectionem. Si em̃ statim post mortez resurrexisset videri posset ꝙ eius mors vera nõ fuerit. ⁊ per consequens nec resurrectio vera. Ad veritatem autez mortis xp̃i sufficiebat ꝙ vsqz ad tertiam diẽ eius resurrectio differrek. qz nõ cõtingit quin infra hoc tempus in homine qui mortuus videk cum viuat appareat aliqua indicia vite. ¶ Ostẽditur etiaz ex alijs conuenientia ista. Tum quia per hoc ꝙ resurrexit tertia die cõmendak pfectio ternarij qui est numerus ois rei. vt pote habens principiũ medium finem. vt dicit primo de celo et mundo. Ostẽditur etiam in hoc ꝙ mysterium. qz christus vna sua morte corporali que fuit in propter iusticiam duas nostras mortes destruxit. s. corporis et anime que sunt tenebrose ppter peccatuz. ⁊ ideo vna die integra et duabus noctibus permansit in morte. vt dicit August. in. iiij. de trinitate. Per hoc etiam significatur ꝙ per resurrectionez christi tertiũ tempus incipiebat. Tu primum fuit ante legem. secundum sub lege. tertiũ sub gratia. Incepit etiam in resurrectione tertius status sanctorum. Tu primus fuit sub figuris legis. Scõs sub veritate fidei. Tertius erit i eternitate glorie. quã xp̃s resurgendo inchoauit. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primã rñdetur negãdo consequentiam. Et ratio est. qz lz caput et membra conformentur in natura. non tamen in virtute. Excellentior enim est virtus capitis quam membrorum. ⁊ ideo ad demon-

strandū excellentiā virtutis xpi cōueniens fuit ipsum tertia die resurgere aliorū resurrectione dilata vsq; ad finē seculi. ¶ Ad scdam respōdetur negādo ꝓnaz ⁊ ratio est.qz nō solum oportebat q̄ per mortē fieret redēptio sed ad hoc q̄ redēptionis eius participes essemus oportuit q̄ veritas mortis eius nobis ostēderetur.qd̄ non fuisset si statim post mortez resurrexisset. ¶ Ad tertiā respōdetur.q̄ dies diuersis modis accipitur. Aliqñ pro die naturali qui cōtinet spaciuz xxiiij.horarū vnde includit diez ⁊ noctem. Aliqñ pro die artificiali q̄ est latio solis sup terrā. Loquēdo ergo de die artificiali sic.xps fuit mortuus vna die integra.s.die sabbati ⁊ duabus noctib⁹ integris.s.p̄cedente die sabbati ⁊ sequēte ⁊ adhuc plus scz per quādā partē ferie sexte. Sic loq̄tur augu.sup̄.⁊ glo.Roma.vj.que dicit.Quefuit in sepulcro vna die ⁊ duab⁹ noctib⁹. qz nostrā duplicē vetustatē sua simpla cōsumplit. Si vo loquimur de die naturali. sic accipiēdo partē pro toto fuit mortuus tribus diebus ⁊ trib⁹ noctibus sicut dicit matthei.xij. Illa enizz pars diei passionis xpi a nona ⁊ deinceps cōputat pro vna tota die naturali cui⁹ est pars. vnde computat pro vna die artificiali ⁊ pro vna nocte. Similit nox post sabbatū computatur pro tota die naturali sequēti.⁊ sic computatur pro vna die ⁊ pro vna nocte artificiali.quibus si coniungatur vna dies integra.scz dies sabbati ⁊ vna nox integra.scilz nox precedens.inuenitur q̄ xps fuit mortuus tribus dieb⁹ ⁊ tribus noctib⁹. ¶ Ad quartā respōsio patet ex dictis. ¶ Ad quintā respōdetur q̄ xps dicitur resurrexisse in crepusculo qñ adhuc est lux tenebris permixta ⁊ ideo aliquādo dicit q̄ resurrexit in die.aliquādo in nocte.dictū aūt in euangelio p̄senti orto iam sole.non est sic accipiēdū tanq̄ sol ipse videretur super terram.sed tanq̄ eo primo veniēte in has partes.vt dicit san.tho.(iij.p.q. liij.ar.ij. ad tertium.)

D tertiam questionez in qua queritur. vtrū tot⁹ sanguis christi q̄ in passiōe ei⁹ effusus est p humana redemptiōe ad corpus eius redierit in resurrectione. (sicut asseritur.iij.par.q.liiij.ar. ij.ad tertiū.) Et videtur q̄ non. ¶ Primo sic.in aliqb⁹ ecclesijs sanguis xpi dicitur adhuc hodie cōseruari.ergo nō totus sanguis xpi in eius resurrectione ad corpus redijt. cōsequētia videtur nota. ¶ Scdo cōfirmādo arguitur. Si totus redierit.sequitur error in ecclesia. qz in aliquibus ecclesijs in q̄bus esse di-

visibilem significari. ¶ Ad secū dam respōdetur negādo ꝙ in illa missiōe visibili spūssancti fuerit aliqua fictio lz dicat ꝙ ignis ille nec fuerit verus nec naturalis. nec columba verū ⁊ naturale animal. sed tm̄ similitudo columbe visibiliter ostensa in aliqua materia ad hoc preparata. vnde ⁊ peracto officio in pristinam materiā est reuersa. Et similiter de igne nec fuit ibi aliq̄ fictio. qz ille similitudies ignis aut columbe nō ostēdebātur ad manifestandū alicuius veritatē in ipsa colūba siue igne. sed ad manifestādas proprietates inuisibilis missionis. ⁊ ideo non fuit ibi falsitas signi. quia signatum respondebat signo. ⁊ res similitudini. ¶ Ad tertiam respondet negando consequentiā. Et ratio est. quia licet spiritussanctus sit vnus substātialiter. habet tamē multos effectus ꝑm quos dicit multiplex. sapien. vij. Species autem ille in quibus spiritussanctus apparuit. significabāt effectus. et ideo ꝑm plures species apparuit et pluries. et ita ratio non procedit.

D tertiam questionē sic proceditur. Et vī ꝙ spūssanctus non docuit in missione sua apostolos omnia. ¶ Primo ꝙ apostoli post missionem spiritussancti nō sciuerunt omnia. ergo spiritussanctus non docuit eos omnia. prosequētia ptz. ⁊ antecedens ptz de multis. vt matth. xvij. dicit. ¶ Secūdo sic. Apostolis nō est datus spūssanctus sine mensura sicut christo. de quo dicit Job. iij. Datus est spiritussanctus nō ad mensurā. ergo non sciuerunt omnia. consequentia est bona. ¶ Tertio sic. proprium videtur dei scire omnia cui oīa patent. ergo spiritussanctus non docuit apostolos omnia. tunc enim videretur eos equasse deo. ¶ In oppositum est textus euangelij presentis. ¶ Respōdeo dicendū ꝙ loquendo vniuersaliter absolute spiritussanctus non docuit apostolos omnia. vt argumenta facta probant. Sed dicitur eos docuisse omnia ꝑm quadruplicē intellectum. Primo dicitur spiritussanctus docuisse omnia. qz nullus potest habere intelligentiam de aliquo nisi per spm̄ sctm̄ quia quantūcunqz doceat homo exterius nisi spūssanctus interior det intelligentiā frustra laborat Job. xxxij. Inspiratio altissimi dat intelligentiā. Secundo. (vt habetur. j. ij. q. cvj. ar. iiij. ad. ij.) dicitur docuisse oīa. quia oīa necessaria ad salutē. ad impugnationes errorū. ⁊ ad gubernationē ecclesie. Tertio dicitur docuisse apostolos omnia. dādo eis intelligentiam omniū que audierūt a christo. a quo audierāt multa

que ꝑ tũc nõ intellexerũt. Quarto dr docuisse oia. qr vt infra sequitur. Suggessit eis oia. i. reduxit ad memoriã oia quecunqz a christo audierãt. quorũ multa obliti erant. nec poterãt memorie cõmendare. Quomodo enim euãgelista iohannes post. lx. annos potuisset oim verborũ christi que in euangelio scripsit memoriaz habere. nisi spũssanctus ei suggessisset. ¶ Ad rationes in oppositũ ptz responsio ex dictis.

In die sancte trinitatis euangeliũ est In illo tẽpore. erat homo ex phariseis ꝛc. Jobis. iij. Circa qd disputatum est in festo sancte crucis. Sz circa ipsam festiuitatẽ possunt hec disputari. ¶ Primo vtrũ sit ponendus numerus psonarum in diuinis. ¶ Scdo vtrũ rõne naturali possit cognosci pluralitas psonarũ in diuinis. ¶ Tertio vtruz hoc nomẽ de⁹ pluralitꝑ dicetꝝ de tribus psonis vt dicantꝝ tres dij.

In primaz questionez sic pceditur (j. sen. dist. xxiiij. ar. ij.) Et videtur ꝙ in diuinis numer⁹ psonarũ non sit ponẽdus. ¶ Primo sic. Dicit boeti⁹ libro de trinitate. Vocver evnũ est in quo nullus est numer⁹ sz deus est verissime vn⁹. ergo in eo nõ est aliquis numerus. ¶ Scdo sic. dicit isidorus ꝙ numerus dr quasi nudus meris. i. diuisionis. sz in deo nulla est diuisio. ergo nec aliqs numerus. ¶ Tertio sic. (argnitꝝ j. p. q. xxx. ar. j. ad. j. r. ij.) persona est rationalis nature indiuidua substãtia. si ergo in diuinis sunt plures psone. sequitꝝ ꝙ sint plures substãtie qd videtꝝ hereticũ. ¶ Quarto sic. pluralitas ꝓprietatũ absolutarum nõ facit distinctionẽ psonarũ neqz in deo neqz in nobis. ergo multo minus pluralitas rõnũ respectiuaz faciat distinctionẽ psonaz. ergo nõ potest dici ꝙ faciat distinctionem neqz in deo neqz in nobis. ergo multo minus in deo sunt plures psone. ¶ In oppositum est illud quod habetꝝ j. Job. vltꝝ. Tres sunt qui testimoniũ dant in celo. pater verbum. r spũssanctus. Jrẽ athanasius ait in symbolo. Alia est psona patris alia filij alia spũsancti. ¶ Respõdeo dicẽdũ sub ꝓclusione. ꝙ in diuinis sm fidem catholicã est confitendus numerus psonarũ realiter distinctarum. Jsta ꝓclusio pz sic. Vbicunqz est distinctio vel discretio ibi est aliquis numerus sed diuine personne sunt distincte ab inuicez. quemadmodum alia est persona patris. alia filij. alia spiritussancti. ergo in diuinis est numerus personarum

Pro cuius intelligentia est notandum iuxta sanctū tho. q̃ sicut ratio vnitatis cōsistit in diuisione. ita etiā ratio numeri vel multitudinis cōsistit in diuisione vel distinctione aliqua. vnde ea que inuenimus diuersa simpliciter. dicimus esse multa simpliciter. ⁊ que inuenimus diuersa ꝑm q̃d dicimus esse multa ꝑm quid. diuisio aūt simpliciter attēdit vel ꝑm essentiā siue formā. vel ꝑm quantitatē siue materiam. Unde ea que differūt ꝑm essentiā dicimus esse multa vt hominē ⁊ lapidem. Et similiter duas partes linee iam diuise. dicimus duas lineas. Diuisio autē ꝑm quid est que attendit ꝑm ꝓprietates rei sicut dicimus hoiem album esse alium ⁊ distinctū a se nigro. Et adhuc magis ꝑm quid in illis in q̃bus attēdit diuersitas relationum ꝑm rationē tantū. sicut punctus si diceret multiplex ꝑm qd̃ est principiū plurium linearum. Sciendū est igitur q̃ in diuinis nō est numerus simplex qui est per diuisionē essentie vel quātitatis: sed est numer? quidā scilz numerus relationū nō tū existētium in deo ꝑm rationē tantum. sed realiter in ipso subsistentiū. vnde numerus diuinarū personarum est medius inter numerū qui est numerus simpliciter. et inter numerū qui est in ratione tantū. sicut punctus dicitur multiplex ꝑm rationem tantum. Est enim minus de ratione numeri in numero personarum q̃ in numero simpliciter. ⁊ plus q̃ in numero qui est ꝑm rationem tantū. Si autem comparemus numerum personarum ad numerum proprietatū absolutarū qui est in creaturis habebunt se sicut excedentia ⁊ excessa. si enim attendatur ratio distinctionis inuenitur maior distinctio in proprietatibus absolutis creaturarum q̃ in diuinis personis. quia color ⁊ sapor distinguuntur ꝑm aliud ⁊ aliud esse accidētale. sed in diuinis personis est vnum et idem esse trium personarū. Si autem cōsideretur perfectio diuinorum sicut numerus personarum excedit. quia relationes in diuinis sunt subsistentes ꝓsone. vnde ad numerū relationum sequit numerus personarū. non autem ad numerū proprietatum in creaturis. quia non sunt subsistentes sed tantum inherentes.

¶ Nunc dicendū ad rationes in oppositum. Ad primā respōdet q̃ boetius loq̃tur de vnitate essentiali. vnde in essentia nullus numerus cadit sed tantū in personis qui etiam non est numeri absolute sed numerus quidam.

¶ Ad secundā respōdetur negando ꝓsequentiā. Et ratio est. quia q̃uis diuisio non fit proprie in deo. est tamen ibi personarū distinctio. que sufficit ad rationem talis numeri qualis ponitur in deo. ¶ Ad tertiā respōdetur negando ꝓnam. Et ratio est. quia

substantia nō ponitur in diffinitione persone fm q signat essentiam. sed fm q signat suppositū qd ptz ex hoc q additur indiuidua. ad significandū aūt substantiam sic dictā habent greci nomen hypostasis. vnde sicut nos dicimus tres personas. ita ipsi dicūt tres hypostases. nos autē nō cōsueuimus dicere tres substantie ne intelligerētur tres essentie ꝓpter nois eqvocationē. ¶ Ad quartā respondet negādo ꝛsequentiā. Et ratio est. qz proprietates absolute in diuinis vt bonitas ⁊ sapiētia nō opponunt ad inuicē. vnde nec realiter distinguūtur. q̄nis ergo eis cōueniat subsistere. tñ nō sunt plures res subsistētes. qd est esse plures personas ꝓprietates aūt absolute in rebus creatis nō subsistunt licet realiter distinguātur. vt albedo ⁊ dulcedo. sed ꝓprietates relatiue in deo ⁊ subsistūt ⁊ realiter ab inuicē distinguūt. vnde pluralitas taliū ꝓpetatū sufficit ad pluralitatē ꝓsonaꝝ ī diuinis.

D secūdaz questionē sic ꝓceditur. (j. par. q. xxxij. ar. j.) Et videtur q natura li ratione cognosci possit pluralitas personarum in diuinis. ¶ Primo sic. dicit enim aristoteles in principio celi ⁊ mundi. Per hunc numerum scz ternariū adhibuimus nosipsos magnificare deum [illegible] eminentē ꝓprietatibus eorum que creata sunt. ergo videtur [illegible] aristoteles in cognitionē trinitatis venit. ¶ Secō sic. dicit augustinus. vij. ꝛfessio. se legisse [illegible] libris platonicoꝝ. nō quidē [illegible] verbis. sed hoc idē omnino [illegible] tis ⁊ multiplicib? persuadere [illegible] tionibus. q in pncipio erat [illegible] bum ⁊ verbum erat apud deum ⁊ deus erat verbuz. ⁊ hmōi [illegible] ibi sequūtur. In quibus verb[illegible] distinctio personarum tradit[illegible] ergo videtur q philosophi [illegible] rali ratione cognouerūt trin[illegible] tem personarū diuinarū. ¶ [illegible] tio sic. dicit glo. ꝛ Rom. j. q [illegible] pharaonis defecerūt in terr[illegible] gno. id est in notitia tertie p[illegible] ne. scz spiritusſancti. ⁊ sic [illegible] nus duas personas cognouer[illegible] ¶ Quarto sic. dicit terme[illegible] monas gignit monadem. ⁊ [illegible] suum reflectit ardorem. per [illegible] videtur generatio filij ⁊ spir[illegible] sancti processio intimari. [illegible] cognitio diuinarū personar[illegible] potest per rationē naturalem [illegible] beri. ¶ Quinto sic. ꝓbi potu[illegible] deuenire in cognitionez eo[illegible] que in creaturis reluceat. sc[illegible] anima impssa est similitudo [illegible] nitatis personarū. ergo vide[illegible] q per potētias anime quas [illegible] multū cōsiderauerūt potuer[illegible] in cognitionē trinitatis deu[illegible] re. ¶ In oppositum est illud [illegible] heb. xj. Fides est substātia r[illegible]

sperādarū .argumentū nō apparentiū.sz deū esse trinū ⁊ vnuz est articulus fidei.ergo est nō apparens rationi. ¶ Itē dicit hylari⁹ libro de trinitate. Non potest homo sua intelligētia generatiōis secretū ꝓsequi. ¶ Itē ambro.dicit. Impossibile est generatiōis scire secretuz.mens deficit.vox silet. sz per originē generatiōis ⁊ ꝓcessionis distinguit trinitas in diuinis.ergo homo ꝑ rationē naturalem nō potest venire in noticiam trinitatis. ¶ Respondeo dicendū.ꝙ impossibile est per rationem naturalē ad cognitionē trinitatis diuinarum personarū peruenire. Probat ista ꝓclusio. Naturalis ratio non cognoscit deum nisi ex creaturis.creature aūt nos ducūt in dei cognitionē sicut effectus in causam.hoc igitur solum in ratione naturali de deo cognosci potest.qd cōpetere ei necesse est sz qd est oīm entiū ꝑncipiū. virtus aūt creatiua est dei et cōmunis toti trinitati. vñ pertinet ad vnitatem essentie et non ad distinctionē personaruz. per rationē ergo naturalem cognosci possunt de deo ea q̄ pertinent ad vnitatē essentie.nō ad distinctionē ꝑsonarum.Qui aūt ꝑbare nititur trinitatem personarum naturali rōne fidei dupliciter derogat vt dicit sanctus thomas in prima parte. Primo quidem q̄tum ad dignitatē ipsi⁹ fidei que est vt sit de reb⁹ inuisibilibus que rationem humanam excedunt ad Heb.xj. Fides ⁊c. allegatum est. Secdo q̄tū ad vtilitatem trahendi aliquos ad fidem. Cum enim aliquis ad probandum fidem inducit rationes que non sunt cogentes . cedit in derisionem infidelium . Credūt enim ꝙ huiusmodi ratiōibus innitamur. et ꝓpter eas credam⁹. ea igitur que fidei sunt nō sunt temptanda ꝓbare nisi ꝑ auctoritates his qui auctoritates suscipiūt.apud alios vero sufficit defendere nō esse impossibile ꝙ ꝑdicat fides . Vñ dionysius dicit ij.ca.de.di.no. Si aliquis est totaliter eloquijs resistens . longe erit a philosophia nostra.si autē ad veritatē eloquiorꝫ scz sacrorꝫ respicit hoc et nos canone vtemur. ¶ Ad ratiōes in oppositū. Ad primam rñdetur negādo cōsequentiā.Et ratio est.qz philosophi non cognouerūt mysteriū personarum diuinarum per proprīa q̄ sunt paternitas.filiatio ⁊ ꝓcessio ꝑm illud apli.j.ad Corꝫ. ij. Loquimur dei sapiētiam quā nemo principium huius seculi cōgnouit.j.pbs ꝑm glo.Cognouerunt tñ quedam essentialia attributa que appropriantur diuinis ꝑsonis.sicut potentia appropriatur patri.sapientia filio. bonitas spūisancto.ꝙ ergo aristoteles dicit.per hūc numerꝫ ternarium.nō est intelligendū ꝙ ipse poneret ternariū numerū in diuinis.sed vult dicere ꝙ antiqui vtebantur ternario numero in sa-

crificijs ⁊ in orationib⁹ p quandam ternarij numeri pfectionez que in omnibus creaturis apparet. sicut in principio medio ⁊ fine. ¶ Ad scdam respondetur negando ꝓsequentiā. Et ratio est. Tum primo vel qr plato multa dr legisse in libris diuinis quos reperit in egypto et inde aliqua cognouisse. Tum scdo ꝙ verbū nō inuenitur in libris platonicorū. sm qd verbū nominat psonaz genitā in diuinis sed sm qd verbū intelligiť ratio idealis. p quā deus omnia cōdidit que filio appropriatur moduscz dr architypus. ¶ Ad tertiam respōdeť negando ꝓsequentiaz. Et ratio est. qr philosophi nō peruenerunt in cognitionē diuinarū personarū. ꝙtum ad propria. sz solū ꝙtum ad appropriata. nō inq̃tū appropriata sunt. qr sic eorum cognitio dependet ex ꝓprijs. sed inq̃tum sunt attributa diuine nature. Et si obijciať ꝙ similiter deuenerūt in cognitionē bonitatis q̃ appropriatur spūisancto. sicut i cognitionē potentie ⁊ sapientie q̃ appropriatur patri ⁊ filio. Dicēdū ꝙ bonitatem non cognouerunt ꝙtum ad potissimū effectū ipsi⁹ scz incarnationē et redemptionem. sz euanuerūt in cogitationibus suis. vel qr nō tantū intenderunt venerationi bonitatis diuine quam etiā nō imitabanť sicut venerati sunt potētiā ⁊ sapiētiam. ¶ Ad quartā rndeť negando ꝓsequētiā. Et rō est. qr dictū. Termegisti nō est referendū ad generationē filij vel ꝓcessionez spūssancti. sz ad ꝓductionē mūdi. nā vn⁹ de⁹ ꝓduxit mundū vnū ꝓpter suipsi⁹ amorē. ¶ Ad quintam rndeť negādo cōsequentiā. Et ratio est. qr similitudo trinitatis relucens in anima est omnino impfecta ⁊ deficiēs. sed dr expressa p cōparationē ad similitudinē vestigij ⁊ ideo nō potest ducere in cognitionē pfectā trinitatis diuinarum personarum.

D tertiam questionez sic ꝓcedit. (s. q. xxxix. artic. iij.) Et videtur ꝙ nomē deus pluraliter debeat pdicari de tribus psonis. vt tres persone sunt tres dij. ¶ Primo sic. Geñ. j. vbi dr. In principio creauit de⁹ celū ⁊ terram. hy veritas hebraica. Eloym cōpotest interpretari dij siue iudices ⁊ hoc dr ꝓpter pluralitatē psonarum. ergo tres psone sunt plures dij. et non vnus. ¶ Scdo sic. sicut homo significať vt habens humanitatem. ita deus significatur vt habens deitatez. sz tres persone sunt tres habentes deitatem. ergo tres psone sunt tres dij. ¶ Tertio sic. hoc nomen res cum absolute dicatur. videtur ad substantiaz pertinere. sz hoc nomen res pluraliter dicitur de tribus personis. Dicit enim aug.

libro de doctrina christiana. res quibus fruendum est. sunt pater et filius. ⁊ spiritussanctus. ergo pariter hoc nomen deus et alia nomina essentialia poterunt pluraliter predicari de diuinis personis vt dicatur tres dij aut tres oipotētes aut tres dñi. ¶ In oppositum est illud. Deut. vj. Audi israel dñs deꝰ tuus vnꝰ est. ¶ Rñdeo dicēdū. ꝙ nomen deꝰ nō pluraliter sed singulariter dicit et ꝑdicatur de tribus personis. ꝟm illud athanasij. Deus pater. deꝰ filius. deus spiritussanctus. non tñ tres dij. sed vnꝰ est deus. Pro quo notandum ꝙ nominū essentialium. quedam significant essentiam substantiue. quedam vero adiectiue. Ea quidez q̄ substātiue essentiam significant. nō ꝑdicantur in plurali de tribꝰ personis. Cuiꝰ ratio est. quia nomina substantiua significant aliq̄d per modum substantie. nomina vero adiectiua significant ꝑ modum accidentis quod inheret substantie. Substantia autem sicut ꝑ se habet esse. ita per se hz vnitatem vel multitudinem. vñ et singularitas vl' pluralitas nominis substantiui attēditur ꝟm formam significatā per nomen. Accidentia autem sicut habent esse in subiecto. ita ⁊ ex subiecto recipiunt vnitatem vel multitudinem. et ideo in adiectiuis singularitas vel pluralitas attēdit ꝟm supposita. In creaturis autē non reperitur vna forma in pluribus suppositis nisi vnitate ordinis. vt forma multitudinis ordinate. Unde nomina significātia talem formam si sunt substātiua. predicantur de pluribus in singulari non aūt si fuerint adiectiua. Dicimus enim ꝙ plures homines sunt collegium vel exercitus aut populus. dicimus tñ ꝙ plures homines sunt collegiati. In diuinis autem essentia diuina significatur per modū forme que quidem simplex est ⁊ maxime vna. Unde nomina significātia diuinam essentiam substantiue singulariter ⁊ non pluraliter dicuntur de tribꝰ personis. Nec est igitur ratio quare sortē ⁊ platonem et ciceronem dicimꝰ tres homines patrem autem ⁊ filiuz et spiritūsanctum non dicimus tres deos sed vnum deum. quia in tribus suppositis humane natura sunt tres humanitates. In tribus autez personis est vna essentia. Que vero significāt diuinam essentiam adiectiue pluraliter predicātur de tribus personis propter pluralitatem suppositorum. Dicimus enim tres existētes vel tres sapiētes. aut tres eternos. aut tres increatos ⁊ immensos si adiectiue sumātur. si vero substantiue sumantur dicimus vnum increatū. immensum ⁊ eternum. vt Athanasius dicit. ¶ Ad ratiōes in oppositū. ¶ Ad primam respondet negando cōsequentiam. Et ratio est. quia diuerse lingue habent diuersū mo

dum loquendi. Unde sicut greci ꝓpter pluralitatem suppositorum dicunt tres ypostases. ita ⁊ in hebraico dicitur pluraliter Eloym. nos autez non dicimus pluraliter nec deos nec substantias. ne pluralitas ad essentiam referatur. ¶ Ad scdam rndetur negando consequentiam. Et ratio est. qz lz deus significet habentem deitatem. est tamen alij modus significandi. nam deꝰ dr substantiue. sed habens deitatē dr adiectiue. vnde licet sint tres habētes deitatē. nō tñ seqtur ꝙ sint tres dij. ¶ Ad tertiam rndetur negando consequentiam. Et ratio est. quia hoc nomen res est de transcendentibus. vnde fm ꝙ pertinet ad relationem pluraliter predicatur in diuinis. fm ꝙ pertinet ad substantiam predicatur singulariter. Unde augustinus ibidem dicit ꝙ eadem trinitas quedam summa res est.

Dominica prima post trinitatē est euāgelium. In illo tempore dixit iesus discipl'is suis. homo quidaz erat diues ⁊c. Luce. xvj. Circa hunc diuitem damnatum possunt disputari sequētes questiones. ¶ Prima vtrum anima separata possit ab igne corporeo cruciari. ¶ Secūda vtrū alie dānatoꝝ videāt gl'iaz beatorum. ¶ Tertia vtruz dānati ve-
lent omes alios esse damnatos.

D prim
questionē
pcedit. (
sen. dis.
q. iij. ar.
iij.) Et vt
ꝙ anima
parata
sit ab ig
corporeo cruciari. ¶ Prima
agens semper nobilius est p
vt dicit augn. super Beñ. ad
teram ⁊ aristotelis. ij. de an
sed impossibile est aliqd esse
poreum nobilius anima sep
ta. ergo nō potest ab aliquo
pore pati siue cruciari. ¶ Se
sic. fm philosophū primo de
neratione. ⁊ fm boetiuz libr
duabus naturis. Illa soli ag
⁊ patiunt ad inuicem que in
teria communicant. sed anim
ignis corporeus non comm
cant in materia. qz spiritual
⁊ corporaliuz nō est materia
munis. ergo anima separata
potest pati aut cruciari ab
corporeo. ¶ Tertio sic. omn
patitur recipit aliquid ab ag
te si ergo aia patit ab igne
poreo aliquid ab eo recipiet.
omne qd recipit in aliquo eh
p modū recipiētis. ergo qd re
pitur ab igne in aia nō est in
materialiter sz spūaliter sz fo
me rerū in aia spūaliter ergo
tes sunt perfectiones ipsīꝰ. er

etiaz si ponatur ꝙ aia patiat ab igne corporeo hoc nõ erit in ei⁹ penã sz magis in ei⁹ pfectionez. ¶ Quarto sic omne agẽs corporeũ agit p ꝓtactũ. sz nõ potest esse aliquis cõtactus aie ⁊ ignis corporei. qz ꝓtactus fit solũ inter corpora q̃ habent vltima simul. ergo aia ab igne corporeo nõ patitur. ¶ Quinto. agẽs corporeũ nõ agit in remota. nisi per hoc ꝙ agit in media. sz aie ⁊ demones qñqz sunt extra locum inferni. cũ qñqz in hoc mũdo apparent hoibus. nec tñ sunt immunes a pena. ⁊ tñ videm⁹ ꝙ oia intermedia ab igne inferni nõ patiuntur. ergo videt ꝙ anime dãnatorũ penas quas sustinent nõ patiant ab igne corporeo. ¶ In oppositũ est euangeliũ ps̃ens. in quo ait diues dãnatus. Crucior in hac flamma. ¶ Rñdeo dicẽdũ sub ista ꝓclusiõe. ꝙ aia separata potest pati ab igne corporeo ⁊ cruciari ab eo. Ista ꝓclusio probat. Primo sic. Eadẽ est ratio de animabus separatis ⁊ demonib⁹ ꝙ ab igne corporeo pati possint. sz demones patiunt ab igne corporeo in quẽ corpa dãnatoꝝ post resurrectionẽ pjciẽt. vt pz ex euãgelio matt. xxv. Ite in ignẽ eternuz qui paratus est diabolo ⁊ angelis ei⁹. ergo ⁊ aie separate ab igne corporeo pati possunt. Uñ Grego. iij. libro dialogoꝝ dicit. si diabol⁹ ⁊ ei⁹ angeli cũ sint incorporei. corporeo igne sunt cruciãdi. quid miz ⁊ si anime anteq̃ recipiãt corpa possint igne corporeo cruciari quasi diceret. nõ est miruz. Scdo sic. pena dz rñdere culpe. sed aia p culpã corpori se subijcit p prauã ꝓcupiscentiã. ergo iustũ est vt in penã rei corporee subijciat p passionẽ. Uñ firmiter tenẽdũ ꝙ aia separata pati affligi ⁊ cruciari possit ab igne corpeo. Sz circa modũ quo pati possit diuersi diuersa dixerũt. que omnia enarrare esset longũ et ideo tantũmodo assignabim⁹ modũ quẽ sanct⁹ tho. in. iiij. dis. xliij. ponit. Dicit enim sic. ꝙ corpus in spiritum naturaliter agere nõ potest nec ei aliquo modo obesse vel ipsuz grauare. nisi fm ꝙ aliquo modo corpori vnit. sic enim inuenimus. ꝙ corpus quod corrumpitur aggrauat animaz. Sap. ix. Spiritus autẽ corpori vnitur simpliciter Uno modo vt forma materiev t ex eis fiat vnũ simpliciter. ⁊ sic spiritus vnitus corpori. ⁊ viuificat corpus. et a corpore aliqualiter agrauatur. sic autem spiritus demonis vel hominis igni corporeo non vnitur. Alio modo vnit spũs corpori sicut mouens mobili. vel sicut locatũ loco. eo modo quo incorporalia sunt in loco. ⁊ fm hoc spiritus incorporei creati loco diffiniuntur. ita in vno loco existentes ꝙ nõ i alio. q̃uis aũt res corpea ex sua natura habeat ꝙ spiritũ incorporalẽ loco diffiniat. non tñ hz ex sua natura ꝙ spiritum incorporeũ loco diffinitum

detineat vt ita alligetur illi loco
qd̄ ad alia diuertere nō possit. cū
spūs non sit ita in loco naturalit̄
q loco subdatur. sed hoc supad
ditur igni corporeo inquātū est
instrumētum diuine iusticie vin
dicantis. q sic detineat spūm. et
ita efficitur ei penalis. retardās
eum ab executione ꝓprie volun
tatis ne scz possit operari vbi vo
luerit ⁊ sm q voluerit. Et hunc
modum ponit Gregori⁹ in quar
to dialogor̄. exponens eiūs quo
modo anima incendiuz experiē
do patiatur. sic dicit Dū veritas
peccatorē diuitez damnatum in
igne peribet. quisnā sapiens re
probor animas teneri ignib⁹ ne
get. Et Augu. etiaz. xxj. de ciui
tate dei dicit. q sicut aia in hoīs
ꝓdītione iungit̄ corpori ⁊ dat ei
vitam. q̄uis illud sit spūituale ⁊
hoc corporale. ⁊ ex illa ꝓiunctio
ne concipit amorez ad corp⁹. sic
ligatur igni vt accipiēs ab eo pe
nam. ⁊ ex illa ꝓiunctiōe vehemē
ter cōcipit horrorem ac propter
hanc ⁊ dolorez. Dicam⁹ ergo se
quendo p̄dictos modos sanctor̄
q ignis sm suā naturā habet q
spūs incorpore⁹ ei ꝓiungi possit
vt loco locatū. sz inquantū est in
strumentum diuine iusticie ha
bet vt ipsum quodammodo reti
neat alligatum. et in hoc veraci
ter ignis ille est spiritu nori⁹
⁊ sic anima ignem ibi vt nociuū
videns ab igne cruciat̄. Vñ Gre
gorius in quarto dialogorū oia
ista p ordinem tangit. ¶ Ad ra
tiones in oppositum. ¶ Ad pri
mam respondet̄. q licet anima
sit simplicit̄ nobilior igne igni
tamen est sm quid anima nobi
lior inquantum est instrumentum
diuine iusticie. ¶ Ad secundam
respondet̄ negando ꝓsequentia
et ad probationē rñdet̄ q pōe
Boetius loquunt̄ de illa actio
per quā patiēs transmutat̄ in na
turam agentis. talis autē actio
nō est ignis in animā. ⁊ propter
hoc ratio non procedit. ¶ Ad ter
tiam respondet̄ negādo ꝓsequen
tiam. Et ratio est. qz assumptum
est verū de eo qd̄ patitur ab agen
te p modum influentie. ignis au
tem in animā nō agit p modum
influentis sed per modum deficiē
nentis vt ex dictis patet. et ideo
ratio non est ad propositū. ¶ Ad
quartam rñdetur negando con
quentiaz. Et ratio est. qz licet non
sit aliquis cōtactus corporalis
inter animam ⁊ corp⁹. est tamen
inter eos aliqs ꝓtactus spūalis
sicut etiam motor celi cuz sit spi
ritualis spirituali ꝓtactu tāgit
celum ipsum mouens per modum
quo dr ꝓtristans tāgere. sicut
citur in primo de celo. ⁊ hic mo
dus sufficit ad actionē. ¶ Ad quin
tam respondet̄ q spūs damnati
nunq̄ sunt extra infernū. nisi ex
dispensatione diuina. vel ad in
structionē vel ad exercitium eo
ctor̄. vbicūq̄z autem extra infer
num sint. semp tamēt videt igne
inferni vt eis in penā preparatum. vnde cū ista visio sit imme

diate affligens vbicũq; sunt. ab igne inferni affligunt. sicut & captiui extra carcerem existentes a carcere quodammodo affligũtur dum vident se ad carcerem damnatos. vnde sicut gloria electorũ in nullo minuit. nec quantum ad pmiũ essentiale nec ꝗtũ ad accidentale si aliqñ extra celuz empireũ sint. quodãmõ in eorum gloriam cedit. ita etiam in nullo minuit pena damnatorũ si extra infernuz ex dispensatione diuina ad tempus ponant & hoc est qd dicit glosa sup illud Jaĉ. ij. Inflamat rotã &c. diabol' vbicũq; sit siue sub aere siue sub terra secũ fert tormenta suaz flammaruz. Obiectio aũt pcedit ac si ignis corpore' affligeret spũs immediate sicut affligit corpa concessum. vt videret vitaz illã qua beati eternalit in deo viuũt vt dr. ij. Cor. xij. in glo. ergo damnati sanctoz gloriaz nõ vident. ¶ Tertio sic. Consideratio pene imittit terrorẽ sicut cõsideratio glorie generat gaudiũ. sz in malis nullum erit gaudiũ. ergo nõ videbunt gloriaz sanctoz. ¶ In oppositum est euangeliũ psens. vbi dr. q; diues in tormentis positus vidit abrahãm & lazaruz in sinu eius. ¶ Respõdeo dicendũ. q; damnati ante diẽ iudicij videbũt beatos in gloria. non hoc modo q; gloria eoruz qualis sic cognoscant. sed solũmodo cognoscent eos esse in gloria inestimabili. Et ex hoc turbabũt. Tum ppter inuidiam dolentes de felicitate beatoz. Tum ppter hoc qz ipsi talem gloriaz amiserũt. Sapie. v. dicitur de impijs. Videntes turbabũtur timore horribili. sz post diem iudicij omnino visiõe beatoz priuabunt. nec tamẽ ex hoc coz pena minuet sed augebitur. quia memoriam habebũt glorie beatoz quã in iudicio viderunt. vel etiam ante iudiciuz. et hoc erit eis in tormẽtuz. sed vlterius affligent ex hoc q; videbunt se indignos reputari etiaz videre gloriam quam sancti merentur habere. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando psequentiam. Et ratio est. qz non est simile de vno et de alio. quia ea que in hac vita aguntur nõ ita affligerent dã

D secũdaz questionez sic pceditur (iij. sẽ. di. l. q. ij. ar. ij. q. iij. Et videtur q; damnati non videant gloriam beatoruz. ¶ Primo sic. Magis distat ab eis gloria beatorũ q; ea que in hoc mũdo agũtur. sed ipsi non vidẽt ea que circa nos aguntur. vt dicit Grego. in moral'. xij. libro ergo multo minus possunt videre gloriã beatorum. ¶ Secundo sic. Id qd cõceditur i presenti vita pro magno munere nunq; cõcedit dãnatis. sed paulo pro magno munere est

natos in inferno si viderēt. sicut
gloria inspecta beatoꝝ. vnde nō
ita ostendunt demnantis ea que
hic aguntur. sicut iustorum glo-
ria. ꝗuis etiam eoꝝ que hic agū
tur ostendunt eis quandoqz ea q̄
in eis tristitiam agere possunt.
¶ Ad secundaz respondet. negā
do ꝓsequentiam. Et ratio est. qz
non est simile. Paulus inspexit
vitam illam qua sancti cum deo
viuunt eaz experiendo. ⁊ in futu
rum pfectius sperando ꝗ. qd nō
est de damnantis. ⁊ ideo non est
simile. ¶ Ad tertiam rndetur. ne
gando consequentiam. Et ratio
est. qz vt dicit dns Bonauētura
sup illud. Letabitur iustus cum
viderit vindictam ⁊c. Considera
tio beatorū non sistit in pena. qz
afflictiua. sed fertur vlterius. qz
iusta ⁊ optime ⁊ digne inflicta. ⁊
talis ꝓsideratio amanti iusticiaz
generat gaudiū. similiter nec cō
sideratio malorum sistit in bono
glorie. qz bpnū. sed quia pditus.
et hec consideratio generat do-
lorem. ⁊ ita damnanti affligūtur
⁊ dolēt videtes gloriaz beatoꝝ.

D tertiaz
questionē sic
pcedit. (iiij.
sē. di. l. q. ij. ar
j. q. iiij.) Et vi
detur ꝗ dam
nati nō vellēt
omnes alios esse dānatos. ¶ Pri
mo sic ex euangelio p̄senti. vbi
diues damnatus rogabat, p fra-
tribus ne venirent in locum tor-
mentorum. ergo cum dānati ho-
beant multos ꝓsanguineos mal
lent eos esse beatos q̄ cōdemna
tos. ¶ Secūdo sic. Affectiones
inordinate in inferno a dānatis
non auferunt sed aliqui damna
ti inordinate dilexerunt suos nō
damnatos. ergo nō vellent eos
malū. qd est esse eos damnatos.
¶ Tertio sic. Damnati nō defici
rant augmentuz sue pene. sed f
plures dānarent. maior esset da
natorum pena sicut etiam multi
plicatio beatoꝝ amplificat eor
gaudiuz. ergo dānati nollēt oes
alios dānari. ¶ In oppositum et
illud qd dicit. Esa. xiiij. sup illud
Surrexerūt de solijs suis. dicit
glo. Solatium est maloꝝ habe
re socios penaꝝ. ¶ Rndeo dicē
dum: ꝗ damnati vellent omnes
bonos esse damnatos. Ita ꝓba
tio patet. Tum qz in dānatis ma
xime viget inuidia. ergo dolent
de felicitate bonoꝝ. ⁊ eorum dā
nationem appetunt. ¶ Secūdo
sic. Sicut in beatis in patria est
perfectissima caritas. ita in dā
natis erit perfectissimum odium.
Unde sicut sancti gaudebunt de
omnibus bonis. ita etiam mali
de omnibus bonis dolebūt. Et
de felicitas sanctorum ꝓsidera
ta eos maxime affligit. Unde
dicitur Esa. xxvj. Videant ⁊ con
fundantur gloriantes populi et
ignis hostes tuos deuoret. vnde
patet ꝗ vellent omnes bonos e
se damnatos. ¶ Ad rationes in

oppositum. ¶ Ad primam respō
detur.negando ꝓsequentiam. et
auctoritatem inductam dicen
dū est Nō non dixit hec dives ex
caritate. cum nullam haberet.
sed ex timore fuili.ne ex eorꝝ cō
sortio eius pena augeretur. Est
tamen notandū ꝙ licet tanta sit
invidia in damnantis. ꝙ etiam
ꝓpinquorum glorie invideant.
cum ipsi sint in summa miseria.
tamen minus invident ꝓpinqs
q̄ alijs.quia maior esset pena si
omnes ꝓpinqui damnarentur.ꝛ
alij saluarenk q̄ si aliqui de suis
ꝓpinquis saluarentur. Ex inde
fuit ꝙ dives ille damnatus pe
tijt fratres suos a dānatione eri
pi.sciebat enī ꝙ aliqui aliorum
eriperentur. maluisset tamē fra
tres suos cum omnib⁹ alijs dam
nari. ¶ Ad secundam rsidek ne
gando consequentiaz. Pro quo
nota ꝙ dilectio que non fundak
super honestum facile rescindik
ꝛ precipue in malis hominibus
vt dicitur.ix.ethicorꝝ. Unde dā
nati non seruabunt amicicias ad
eos quos inordinate dilexerunt
sed in hoc voluntas eorꝝ remane
bit peruersa.eo ꝙ causā inordi
nate dilectionis adhuc diligent.
¶ Ad tertiam rsidetur.negando
consequentiam.Et ratio est.qꝛ li
cet ex damnatorum multitudi
ne pena singulorum augeatur. ta
mē tantum super excrescit odi
um et invidia ꝙ magis eligent
torqueri cum multis quam mi
nus soli.

IN domi
nica secunda
est euāgeliū.
Homo qdam
fecit cenam
magnam ꝛc.
Lu. xiiij. Cir
ca qd possunt
disputari se
quētes que
stiones. ¶ Primo.vtrū cena bea
titudinis sanctis preparata con
sistat ī bonis corporis. ¶ Scdo.
vtrū occupatio ꝛ sollicitudo re
rum temporaliū hominē exclu
dat a cena eterne beatitudinis.
¶ Tertio. vtrum hoies pctores
sint compellēdi bonum facere.

D primam
questionem sic
pcedit. Et vi
detur ꝙ cena
beatitudinis
sanctis prepa
rata consistat
in bonis corporis. ¶ Primo
sic.Quod a pluribus dicitur im
possibile est esse falsum totaliter
vt cōmētator dicit.iij. de anima
et philosophus. vij.ethicorꝝ. ꝙ
opinio non perdit quam populi
multi famant. sed maior hoim
multitudo inclinat ad querēdū
delectationes corporales ꝛ cor
poralia bona q̄si finē.ergo finis
hūane vite ī corpalib⁹ bonis ꝓsi
stit finē hūane vite dicim⁹ beati
tudinē.ergo in bonis corporis
querēda est. ¶ Scdo sic.q̄to ali

quod bonuz est cōmunius tanto
est diuinius. vt ptz ꝑmo ethicoꝝ
sed bonū corporale cōmuniꝰ est
q̄ bonū spirituale. qz corporale
etiam ad bruta aialia se extēdit
nō autem spūalia. ergo corpora
le bonū spirituali preeminet. er
go talia bona sensibilia venient
in beatitudine offerēda beatis.
¶ Tertio sic, homo et anima et
corpore ꝓstituitur. ergo bonum
hois debet esse cōmune anime ⁊
corpori. sed bonū spūale non po
test esse cōe corpori. Bonū autē
corporale potest esse cōe anime
inq̄tum aia de corporalibus de
lectat. ergo cena beatitudinis
magis cōsistit in bonis corpora
libus q̄ spūalibꝰ. ¶ Quarto. cuz
beatitudo teste boetio sit status
omniū bonoꝝ aggregatione per
fectus. iu cena beatitudinis nul
lum oblectamentū ibi deficiet.
ergo in ea delectationes sensibi
les ⁊ bona sensibilia erunt. sz's
nō videtur perfecta ⁊ plena bea
titudo. ¶ In oppositū arguit sic
Beatitudo est summū bonū ho
minis. ergo in p̄cipuis bonis ho
minis est querēda ⁊ ponēda. sed
bona aie sunt nobilioza q̄ bona
corporis. sicut ⁊ aia corpore no
bilior est. ergo cena beatitudi
nis eterne preparata sanctis in
bonis spūalibus cōsistit. ¶ Re
spondeo dicendū. error fuit stul
ti machometi qui posuit felici
tatem ⁊ beatitudinē futuram in
corporalibus delectationibꝰ ci
borum ⁊ potuū ⁊ venereoꝝ. qui
error nō solum apud christia
religionis cultores. sed etiam
apud gentiles philosophos qui
beatitudinē nouerūt in operib
intellectiue partis cōsistere. in
dicatur bestialis. vitā hmōi vo
luptuosam nō hominū sed pecu
dum esse asserētes. vt ptz in eth
Unde vt hunc errorē ostēdant
reprobū ⁊ stultū. Arguit sic pri
mo ex p̄senti euāgelio. Dicitur
enim q̄ cena erit magna. id est de
magnis ⁊ p̄ciosis rebꝰ ⁊ excel
tissimis. Unde de ea dicit illud
Esa. lxiiij. Oculus nō vidit. nec
auris audiuit. nec in cor homi
nis ascēdit. que preparauit de
diligētibus se. sed bona aie ⁊ bo
na spūalia sunt maiora bona q̄
sensibilia bona. sic ergo cena fu
ture beatitudinis ꝓsistit in gau
stu bonoꝝ spiritualiū ⁊ nō sensi
biliuz. Unde cena illa dicit ma
gna. qz inestimabilis. genes. 15.
Ero merces tua magna nimis.
Est ⁊ interminabilis. baruch. iii.
O israel q̄ magna est domꝰ dei
⁊ ingens locus possessionis eius.
ideo exterminari nō potest. quia
tam cibus q̄ ille q̄ ministrat de
est ⁊ summū bonū. ps. Inebria
buntur ab vbertate domus tue.
⁊ torrente voluptatis tue potabis
eos. Scdo arguit sic. (iii.
sen. di. xlix. q. j. ar. j. q. j.) Cū be
titudo sit naturaliter ab omnib
hominibus desiderata. nomina
vltimū humane vite finem. Fi
nis autem cuiustibet rei vel et
operatio, ppria vel per operatio

nem propriam ad finem venit. cum autem forma propria sit in qualibet re operationis proprie principium. Forma autem propria hominis inq̃tum est homo sit rationalis anima. oportet q̃ vel in ipsis actibus rationalis anime beatitudo cõsistat. vel in his ad que homo per actus rationalis anime comparat. hec autez bona anime dicũtur. vnde necesse est beatitudinez ponere in bonis anime. etiaz ſm phos. q̃ autem aliqui vt epicuri ⁊ machomet⁹ in bonis corporis beatitudinẽ posuerunt. ex hoc prouenit q̃ seipsos ꝗd essent ignorabant. nõ enim cognoscebãt se ſm illud qꝗd in eis est melius qꝗd eorum esse formaliter complet. sed illud quod de eis exteri⁹ apparet. ⁊ ſm hoc beatitudinẽ suã in bonis exteriorib⁹ posuerunt. Multis alijs rationibus reprobauimus hunc errorẽ in tractatu nostro contra machometum. nũc breuiter ista sufficiũt. ¶ Ad rationes in oppositũ. ¶ Ad primam respõdetur negando consequentiã. Et ratio est. quia multorum opinionẽ nõ est necesse esse verazſimpliciter sed ſm partẽ. multitudo autem hominũ in bonis corporis beatitudinẽ ponentium q̃tum ad hoc verã opinionem habet. q̃ illud quod optimum sibi estimant hoc suaz beatitudinẽ esse putant. ⁊ q̃tum ad hoc eorum opinio vera est. s. q̃ optimuz hominis est beatitudo non autẽ oportet q̃ sit vera q̃tũ ad hoc q̃ ponãt eaz in bono corporis. quia hec opinio procedit ex falsa radice. qz scz existimant se esse ꝑncipaliter id quod sunt ſm corpora. ¶ Ad scdam respõdetur negando consequentiã. et ratio est. quia duplicit aliquid dicitur esse cõmune. Vno modo per predicationẽ. hmõi autẽ cõmune nõ est aliq̃d idem numero in diuersis repertũ. ⁊ hoc modo habet bonũ corporis cõmunitatem. Alio modo est aliquid cõmune per participationẽ vni⁹ et eiusdez rei ſm numerũ. ⁊ hoc modo bonum cõmunius est diuinius. Et cõmunitas maxime potest in his que ad animã pertinent inueniri. quia per ipsam attingitur ad id quod est cõmune bonum omnibus rebus scilz deum. ⁊ ideo ratio nõ procedit. ¶ Ad tertiam respõdetur negãdo consequentiã. Et ratio est. qz homo ex anima ⁊ corpore cõsistat. tamen esse ex anima ⁊ non ex corpore habet. Vnde etiam beatitudo hominis principaliter ⁊ originaliter in bonis anime consistit. sicut enim corpus est propter animã sicut propter finem. ⁊ materia propter formã vt pz. ij. de anima. ita ⁊ bona corporis ordinãtur in anime bona vt in finem. vnde in bonis corporis beatitudo principaliter cõsistere non potest. ¶ Ad quartam respõdetur negando ꝓsequẽtiã. Et ratio est. quia cum vera bea-

titudo hominis que speratur in alia vita cōueniat homini fm illud quod nobilissimuz est in eo. qd est intellectus ⁊ respectu nobilissimi obiecti quod est ipse deus. delectationes que ad beatitudinē pertinent. nō sensibiles que cōmunes sunt porcis ⁊ asinis. aliisq; animalib⁹ brutis dicende sunt: sed spirituales in q̄bus cōmunicamus cū angelis. Unde delectationes sensibiles quas ponit machometus nō pertinent ad beatitudinē hominis. imo nec beatitudo vera sustinet hmōi delicias. sed abstrahit ab eis vnde argumētū ei⁹ nullū est.

D secūdaz q̄stionez qua queritur. vtruz occupatio et sollicitudo rerum tēporalium hoīez excludat a cena eterne beatitudinis. (vt inqritur. ij. ij. q. lv. art. vj.) Et videtur q̄ nō. ¶ Primo sic. sollicitudo rerū temporaliū est licita ergo ⁊c. ꝓsequentia est bona. antecedens ꝓbatur sic. ad presidentē enim pertinet sollicitum esse de his quibus preest. fm illud Rom̄. xij. Qui preest in sollicitudine. sed homo p̄est ex diuina ordinatione rebus temporalibus. fm illud psal. Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius oues ⁊ boues ⁊c. ergo homo cum debeat habere sollicitudinē de rebus temporalibus. nō debet p̄so inde p̄uari eterna beatitudine. ¶ Secundo sic. nullus p̄inatur eterna beatitudine faciendo ea quibus vita sua sustentet̄ mari nie dicente dño. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Gen. iij. ⁊ puerb. vj. Vade ad formicam o piger. ⁊ ꝓsideravias eius ⁊ disce vias eius. que cum non habeat ducem nec preceptorem parat in estate cibum sibi ⁊ congregat in messe qd comedat in hyeme. sed homo necesse habet esse sollicitus circa temporalia vt sustentet vitam suā. fm apl̄m ij. ad Thes. iij. Qui non vult operari nō māducet. ergo ⁊c. ¶ Tertio sollicitudo temporaliū quādoq; pertinet ad opera misericordie. puta cum sollicitudinez habet ad procurādū negocia p̄pillorum et pauperuz. Unde ad heb. vj. dicit apl̄s. Lupinū vnū quēq; vestrū eandem ostentare sollicitudinē. ergo sollicitudo occupatio temporaliū nō excludit quēq; a beatitudine. ¶ In oppositum est euangeliū p̄sens vbi dicitur. de illis qui ꝓpter occupationes terrenoꝝ se excusabant q̄ nemo illorū virorū qui vocati sunt gustabunt cenā meā. ¶ Respondeo dicēdū q̄ dupliciter aliquis potest occupari circa terrena. Uno modo non tanq̄ circa finez vltimū ⁊ principalia bona. sed sicut circa organa ⁊ instrumenta perueniēdi ad consequendū ⁊ pregustandū bona sp

ritualia. Et tunc est conclusio q̃ cum talis sollicitudo ⁊ occupatio sit licita. maxime cum homo nõ apponit tantũ studiũ ad temporalia pcuranda. q̃ ppter hoc homo a spiritualibus quib⁹ pncipaliter inseruire debet retrahatur nõ excludit hominẽ a beatitudine. Patet conclusio. quia talis licita est ⁊ sine pctõ. Secũdo. aliquis occupatur circa temporalia tanq̃ circa finem ⁊ tãq̃ precipua bona. Et de tali sollicitudine et occupatione est talis conclusio. q̃ est illicita ⁊ nõ excusat a peccato. ⁊ excludit a regno sine beatitudine dei. Patet conclusio. quia nihil est diligendum tanq̃ finis nisi deus. ⁊ ideo saluator noster in pṡenti euãgelio excusantes se de emptiõe ville ⁊ probatione boum. ⁊ de ductione vxoris. noluit excusatos habere. s. dicens. Dico vobis q̃ nemo viroꝝ illorũ q̃ vocati sunt gustabit cenam meã. Per illũ q̃ villam emit intelligũtur vt dicit augustin⁹. occupati circa honores ⁊ diuitias. vt superbi q̃ volunt alijs dñari. Per iuga boum intelligũtur nimiũ occupati circa terrena. ⁊ per cupiditatẽ finẽ suum ibi cõstituentes vt auari. Per eum qui vxorẽ duxit intelliguntur carnales ⁊ lasciui occupati circa luxuriã ⁊ voluptates. Ad ista tria vicia reducũtur oia excludentia a beatitudine celesti. ꝓm quod dicit. j. Job. ij. Omne quod est in mũdo. aut est concupiscentia carnis aut cõcupiscentia oculoꝝ. aut superbia vite.

¶ Ad rationes ĩ oppositũ. ¶ Ad primã respõdetur q̃ ratio procedit de sollicitudine licita. temporalia enim bona subiecta sunt homini vt eis vtatur ad necessitatem nõ vt in eis finem ꝓstituat ⁊ superflue circa ea sollicitet: ⁊ talis nõ excludit a beatitudine celesti. ¶ Ad scdam rñdet eodẽ modo. qꝛ sollicitudo eius q̃ corporali laboꝛe panẽ acq̃rit. nõ est supflua sed moderata. Et ideo hierony. dicit. Laboꝛ exercend⁹ est. sollicitudo tollẽda. s. animũ inquietẽs. ⁊ talis etiã nõ excludit. ¶ Ad tertiã rñdetur. q̃ etiã sollicitudo tẽporaliũ in operib⁹ misericoꝛdie cum oꝛdinet ad fines caritatis licita est. nisi sit superflua. ⁊ ideo etiam talis non excludit a regno.

D tertiam questionẽ sic pcedit. (q. ij. q. r. art. viij.) Et vt q̃ infideles non sint cõpellendi ad fidẽ. ¶ Prio sic. ꝛ Matt. xiij. q̃ serui patrisfa. dixerũt ei. in cui⁹ agro erãt zizania seminata. Vis ibimus ⁊ colligem⁹ ea. ⁊ ipse respõdit. minime neforte colligẽtes zizania eradicetis cũ eis simul ⁊ triticũ. vbi dicit Chryso. hoc dicit dñs ꝓhibens occisiones fieri. cũ ergo sine occisionis periculo infideles nõ possunt cõ

pelli. videt q̃ nõ sunt cõpellẽdi.
¶ Scdo in decretis. dis. xlv. dr
sic. De iudeis precepit sancta sy
nod⁹. nemini deinceps ad credẽ
dũ vim inferre. ergo pari ratio
ne nec alij infideles sunt ad fidẽ
cogendi. ¶ Tertio sic. dicit aug.
q̃ cetera potest homo nolẽs cre
dere non nisi volens. sz volũtas
cogi non potest. ergo infideles
non sunt cogẽdi ad fidem. ¶ In
oppositum est euangeliũ ps̃ens.
vbi dr. Exi in vias ⁊ sepes cõpel
le intrare vt impleat dom⁹ mea
sz homines intrant in domũ dei
i. eccl'iaz perfidẽ. ergo alij sunt
cõpellendi ad fidez. ¶ Rñdeo di
cendum. q̃ infideliũ quidã sunt
qui nunq̃ receperunt fidẽ. sicut
gentiles ⁊ iudei. Et de talib⁹ cõ
clusio est. q̃ nullo modo cõpellẽ
di sunt ad fidem vt ipsi credant.
Ratio est. qr credere volũtatis
est. Scda cõclusio. infideles pre
dicti licet non sint compellẽdi vt
credent. tñ sunt compellendi a fi
delibus si facultas assit vt fidez
non impediant. vel blasphemijs
vel malis psuasionibus vel etiã
apertis persecutionib⁹. Et inde
est q̃ propter hoc fideles christi
contra infideles bellum mouẽt.
non quidem vt eos ad credendũ
cogant quia etiam si eos vicis
sent ⁊ captiuos haberent in eo
rum libertate relinquerẽtur an
credere vellent. sed propter hoc
vt eos compellant ne fidem chri
sti impediant. Alij enim sunt in
fideles. qui quandoq̃ fidem su
sceperunt ⁊ eam profitentur. sic
cut heretici vel quicũq̃ apostatae
te. Et de talibus est tertia ꝛcla
sio. q̃ tales etiam corporaliter
sunt compellendi. vt impleãt q̃
promiserunt. ⁊ teneant quod se
mel susceperunt. ¶ Ad rationes
in oppositum. ¶ Ad primam ri
detur negando consequentiam.
⁊ ad auctoritatem respondetur
q̃ ita intelligitur vt dicit Aug.
contra epistolam perminiam. q̃
quando metus iste non subest.
quando ita cuiuscũq̃ crimen
tum est et omnib⁹ execrabile ap
paret. ⁊ vt vel nullos ꝓsus vi
non tales habẽt defensores po
quos posset scisma contingere
non dormiat seueritas discipli
ne. ¶ Ad scdam rñdetur cõcedi
do. si nullo mõ receperũt. ¶ Ad
tertiam respondetur. negãdo co
quentiaz. Et ratio est. qr sicut vo
uere est voluntatis. ⁊ reddere ne
cessitatis. ita accipere fidem est
voluntatis. sz tenere iam acce
ptam est necessitatis. ⁊ ideo he
retici sunt compellendi vt fidem
teneant. Si obijcitur q̃ paulus
fuerit compulsus ad credendum
cũ esset iudeus. Dicit enim Au
gustinus ad bonifaciũ comes.
Vbi est q̃ ipsi clamare cõsueu
runt liberum est credere vel non
credere. cui christ⁹ vim intulit.
cogitatum paulo prius cogen
gente xp̃m et postea docentem.
Rñdetur. q̃ xp̃s non coegit pau
lum credere ita vt inuitus cre
deret. sed coegit eũ et compul

ne fidem ⁊ ecclesiam christi persequeretur sicut faciebat. vnde ipse viso miraculo volũtarie se obtulit ad faciendũ quicquid ei xps preciperet. Vñ ait. Dñe q̃d me vis facere. volũtarie se offerens ad omnẽ obediẽtiã. Et dñs ad eum. Ingredere in ciuitatez ⁊ ibi dicetur quid te oporteat facere. ⁊ ibi doctus fuit a xpo per spm̃sanctũ de oĩbus ad fidẽ pertinẽtibus et p̃dicationẽ ipsius.

In dominica tertia legitur euãgeliũ. Erant appropinquãtes ad iesuz publicani ⁊c. Lu.xv. Circa q̃d possunt disputari sequẽtes questiões. ¶ Prima vtrum angeli gaudent de peccaribus penitẽtiã agentib⁹. ¶ Secunda. vtrum angelus plus gaudeat de vno peccatore agẽte penitentiã q̃ de nonagintanouem iustis qui nõ egent penitentia.

D primaz questionez sic proceditur. et videtur q̃ angeli beati nõ gaudeant de peccatoribus agentibus penitentiã. Sicut gaudiũ cõtrariatur tristicie. ita penitentie contrariatur peccatum. sed angeli nõ tristantur aut dolent de malis eozuz quos custodiunt. quia Apoca.xxj. dz. q̃ in celesti hierusalẽ nec luct⁹ nec dolor est ergo nec ipsi gaudent de aliquo q̃ agat penitẽtiã ¶ In oppositũ est euangeliũ presens. ¶ Respõdeo dicẽdũ. q̃ angeli gaudent super cõuersione peccatoꝝ agentiũ penitentiam. Et hoc triplici ratione. Primo quia sue custodie vidẽt tam gloriosum fructũ. Cuilibet enim hominí ad custodiã angelus ab ortu natiuitatis deputatus est. vt ait hierony. Sicut ergo medic⁹ gaudet quando videt circa infirmum sue curationis fructũ. sic angelus multũ gaudet cum videt circa hominem sue custodie fructũ. Et bernardus sup Cant. Gaudent angeli in cõuersione ⁊ penitentia peccatoꝝ. salutẽ hominuz sitientes. lachryme penitentiũ vinũ eorum. ¶ Scdo gaudent. quia ex peccatorib⁹ cõuersis vident adimplere numerũ eorum. nam eorum ruina reparat de hominib⁹. ¶ Tertio gaudẽt. quia vident in laudando deum tale se habere cõsortiũ. Primo enim sola natura angelica laudabat deum. sed nature ille addita est natura humana. Unde nunc veraciter dici potest illud Job. xxxviij. Cum me laudarẽt astra matutina. id est angeli. et iubilarent omnes filij dei. hoc spectat ad laudem hominũ. dominus bonauentura super Lu-

cam dicit angelos gaudere de penitentia peccatoris ꝓpter septem. Primo. qꝛ destruitur culpa. Secundo. quia recuperatur iusticia. Tertio. quia cōfutatur demonū superbia. Quarto. quia efficax efficitur angelorꝫ custodia. Quinto. quia reparatur ecclesia. Sexto. quia placatur ira diuina. Septimo. quia restauratur hierusalez superna. ¶ Ad rationē in oppositū. respōdetur negādo ꝓsiam. Et ratio est. quia non est simile de gaudio ⁊ tristicia. beatitudo enim qua fruunt angeli admittit gaudiū. sed non tristiciā. vnde angelus beat⁹ est susceptibilis gaudij. sed non tristicie. vbi enim est tristicia ⁊ dolor. non est perfecta beatitudo. Unde dicitur Apoca. xxj. mors vltra nō erit. neqꝫ luctus nec clamor. sed nec vllus dolor. sed angeli sunt perfecte beati. ergo de nullo dolent. ⁊ ideo gaudere potest angelus de salute hominum q̄ nis nō tristetur de dānatione.

D secūdam questionem sic pceditur. et videtur q̄ angelus nō gaudeat plus super vno peccatore penitentiam agēte q̄ super nonaginta nouem iustis ⁊c. ¶ Primo sic. Nō est melius est magis diligendum. et per consequens amplius gaudendum q̄ minus bonū. sed maius bonum est. xcix. iusti q̄ vnus penitens. ergo angeli beati plus gaudent de. xcix. iustis q̄ de vno peccatore penitente. ¶ Secundo sic. quod est diuturnius magis diligēdum est ⁊ eligendum. sed bonum innocentis est diuturnius. ergo magis diligitur ab angelis. ¶ Tertio sic. resurgens nunq̄ redit ad tantam dignitatē. q̄ nis redire possit ad tantam charitatem. ergo plus est diligendus innocens q̄ penitens. ¶ In oppositū est euangelium presens. ¶ Respōdeo dicendum. q̄ ista littera potest intelligi dupliciter. Uno modo respectu redēptionis humane nature. et tunc deus vel angeli dicuntur gaudere plus de vno peccatore. scilz agente penitentiaz id est pro redemptione humani generis q̄ de. xcix. iustis. quia in ea est maior materia gaudij q̄ in omnib⁹ alijs operibus. non quia melior sit peccator penitens q̄. xcix. iusti. Unde in redēptione humani generis plus operatus est deus q̄ in conseruatione totius multitudinis celestis quia hoc est manifestatiuū maioris potentie. maioris prudentie. ⁊ maioris misericordie. maioris potentie. quia mai⁹ est iustificare impium q̄ creare celum et terram. maioris prudentie. quia Job. xxvj. Prudentia eius percussit superbum. maioris clementie siue misericordie. Unde Luce. j. Per viscera misericordie

die dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex alto. Maior etiã fuit in christo cõscensio. Maior etiam humani generis sublimatio. sm illud ps. Quoniam eleuata est magnificẽtia tua super celos. Unde hoc intelligitur ꝙ tũ ad causam nostre penitẽtie. s. humani generis redemptionem. in qua maior est materia gaudij ꝙ in omnibus alijs operibus dei. Secundo potest intelligi de peccatore quolibet penitentie. Tũc intelligitur ꝙ angelus plus gaudet ⁊c. quia gaudium est magis nouum siue quia habet aliam rationem gaudij in cõuersione peccatoris quam non hz de pmanẽtibus in iusticia. Uel qz peccator est feruentior frequenter ꝙ iust⁹. vnde hoc nõ referꝯ ad oẽs peccatores nec ad oẽs iustos. sz ad peccatores feruidos postcõuersionem ⁊ iustos tepescentes. Uñ grego. exemplificat. ⁊ beda in glosa. Maius est gaudiuz de peccatore ꝙ de iusto stante. Ut dux in bello illum militem plus diligit qui post fugam reuersus hostem fortiter premit. ꝙ eũ qui nũꝙ fugit nec vnꝙ fortiter egit. (vt hꝯ. s. p. q. xx. artꝯ. iiij. ad. iiij.) Et eodem modo est de peccatore post penitentiam viriliter agẽte. et de iusto tepido in sua iusticia permanente. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur ꝙ non ideo angeli dicuntur plus gaudere de peccatore penitente ꝙ de nonaginta nouez iustis. quia ipse melior sit ꝙ nonaginta nouem iusti. sed ꝓpter nouitatẽ rationis gaudij quam habent de inuentione siue conuersione peccatoris. quã nõ habent de alijs stantibus. vnde dicitur maius gaudium. ⁊c. ꝙ sicut maius est gaudium de sanatione infirmi ꝙ de conseruatione sani. ¶ Ad scdam respõdetur ꝙ dicuntur angeli plus gaudere de peccatore. quia penitens frequenter magis humilis ⁊ feruidus ac caut⁹ resurgit. ¶ Ad tertiam respondeꝯ sicut dictũ est ꝙ penitens pl⁹ diligitur. qz frequẽter surgit magis feruens.

In domini ca quarta est euãgeliũ Estote misericordes ⁊c. Luce. vj. Circa qd̃ possunt disputari sequẽtes questiones. ¶ Prima. vtrum misericordia ad quã hortamur sit maxima virtutum. ¶ Secũda. vtrum licitum sit iudicare de alijs ex suspitione.

Do primaz questionez sic ꝓceditur. Et videtur ꝙ misericordia sit maxima virtutum. ¶ Primo sic. Tanto aliqua virtus est melior quanto facit hominem deo similiorem. quia per hoc

est homo melior qui deo est simi
lior. sz misericordia maxime fa
cit hominem deo similiorez. sm
euangeliuz psens. vbi dr. Estote
misericordes sicut ⁊ pater vester
misericors est. ergo misericor
dia est maxima virtutū. ¶ Scdo
sic. maxime ad virtutē ptinet di
uinus cultus. sz misericordia p
ferr diuino cultui. sm illud osee
vj. Misericordiā volo ⁊ non sa
crificiuz. ergo misericordia est
maxima virtus. ¶ Tertio sic. su
per illd. j. ad Timoth. v. Pietas
aūt ad omnia vtilis est. dicit glo.
Ambrosij. Omnis summa disci
pline christiane in misericordia
⁊ pietate est. sed disciplina chri
stiane religionis continet omnē
virtutem. ergo summa toti⁹ vir
tutis in misericordia consistit.
¶ In oppositum est qd dicit apo
stolus ad Col. iij. Cū dicit. Indui
te vos sicut electi dei viscera mi
sericordie. postea subdit. Sup
omnia caritatē habete. ergo mi
sericordia non est maxima virtu
tum. ¶ Respōdeo dicēdū. q̃ sim
pliciter caritas qua vnimur deo
est potior virtus in nobis q̃ mi
sericordia. misericordia autem
inter virtutes que ad proximuz
pertinent potior est omni alia.
Pro quo notādum q̃ (vt habet
iij. ij. q. xxx. ar. iiij.) aliqua virt⁹ po
test esse maxima dupliciter. vno
modo sm se. alio per compara
nem ad habentez. Scdm se qui
dem misericordie maxima est. p
tinet enim ad misericordiam q̃
alijs effundat. ⁊ plus est q̃ defe
ctus aliorum subleuet. ⁊ hoc est
maxime superioris. Unde ⁊ mi
sereri ponitur ppium deo. ⁊ in
hoc maxime eius omnipotētia
manifestatur. Sed quo ad habē
tem. misericordia non est maxi
ma. nisi ille qui hz sit maximus
qui nullum supra se habeat. sed
omnes sub se. Et enim qui supra
se habet aliquez. maius est ⁊ ma
lius cōiungi superiori q̃ supple
re defectum inferioris. Et ideo
q̃tum ad hominem qui hz deuz
superiorā. caritas per quaz vnit
deo est potior q̃ misericordia p
quā defectus primorū supplet.
Sed inter omnes virtutes q̃ ad
proximum pertinent potissima
est misericordia. ficut etiam ex
potioris actus. nam supplere de
fectus alterius incp̃tū hutusmo
di supioris est ⁊ melioris. ¶ Ad
rationes in opposituz. ¶ Ad pri
maz rndetur q̃ per caritatē ma
gis assimilatur deo q̃ per mise
sericordiā. quoniam per carita
tem assimilamur deo tanq̃ eius
affectum vniti. ⁊ ideo potior est
q̃ misericordia per quaz assimi
lamur deo sm similitudinē ope
rationis. ¶ Ad secundā respon
detur. q̃ ratio bene procedit q̃
preferatur exterior sacrificio.
¶ Et ratio est. quia deum nō co
limus per exteriora sacrificia ⁊
munera propter ipsum. sed pro
pter nos ⁊ propter primos. non
enim indiget sacrificijs nostris
sed vult ea sibi offerri ppter nos

stram, deuotionem ⁊ primorum vtilitatem. ⁊ ideo misericordia qua subuenitur defectibus aliorum est sacrificium ei magis acceptum. vt pote propinquās. vtilitatem primorum inducēs. fm illud Heb. vlt. Beneficētie ⁊ cōmunionis nolite obliuisci. talibus enim hostijs promereť deꝰ. ¶ Ad tertiam respōdetur. negādo consequentiam. Et ratio est. quia licet summa christiane religionis in misericordia consistat ꝓtuz ad exteriora opera. interior tamen affectio caritatis qua coniungimur deo prepōderat et dilectioni et misericordie in proximos.

D secūdā questionez sic procedit. Et videtur ꝙ nō sit illicitū iudicare aliquē ex suspitione. ¶ Primo sic. Suspitio videtur esse opinio icerta de aliquo malo. Unde philosophꝰ in. vj. Ethi. ponit ꝙ suspitio se habet ad verum et falsum. sed de singularibus contingentibꝰ non potest habere opinio nisi incerta. cū ergo iudicium humanum sit circa humanos actus qui sunt in singularibus ⁊ contingentibus. videtur ꝙ nullum iudicium licitum esset si ex suspitione iudicare nō liceret. ¶ Secundo sic. per iudicium illcitum fit aliqua iniuria proximo. sed suspitio mala in sola opinione hominis consistit. ⁊ sic non videtur ad iniuriam alterius pertinere. ergo suspitionis iudicium non est illicitū. ¶ Tertio. si iudicium suspitionis sit illicitum oportet ꝙ ad iniusticiā reducatur. qz iudiciuz est actus iusticie. sed iniusticia ex suo genere semper est peccatuz mortale. ergo suspitionis iudiciū semper esset peccatum mortale si esset illicitum. quod est falsum. qz suspitiones vitare non possumꝰ. vt dicit glosa augustini sup illō j. Corinth. iiij. Nolite ante tempus iudicare. ergo iudicium ex suspitione non est illicituz. ¶ In oppositum arguitur ex presenti euāgelio in quo dicitur. Nolite iudicare ⁊c. ¶ Respondeo. hic sunt aliqua notanda. Primo ꝙ aliquis potest iudicare malū de primo multipliciter. Uno modo ex euidentia facti cum aliqs iudicat homicidem. quia vidit eum interficere hominez. Et sic est conclusio. ꝙ sic iudicare nullum est peccatuz. Alio modo ex signis euidentibus. vt si aliquis iudicet aliquem fornicatorem. quia vidit eum nudum cum nuda. ⁊ sic similiter nullum est peccatuz. Tertio ex signis leuibus. Et hoc dicitur iudicare ex suspitiōe. Unde tullius dicit. Suspitio' importat opinionem mali. quando ex leuibus indicijs procedit. Et cōtingit ex tribus vt dicit sanctꝰ tho. (ij. ij. q. lx. artī. iij.)

Uno quidez modo ex hoc q̃ aliquis in scipso malꝰ est. et ex hoc ipse quasi conscius sue malicie faciliter de alijs malum opinat ſm illud Eccĕs.x. In via stultus ambulans cum ipse sit incipiēs omnes stultos estimat. Alio modo prouenit ex hoc q̃ aliqs male afficitur ad alterum. cū enim quis contemnit vel odit aliquē aut irascitur aut inidet ei. ex leuibus signis opinatur maluz de eo. quia vnusquisqz faciliter credit quod appetit. Tertio modo prouenit ex longa experientia. vnde philosophus dicit. ij. rethorice. q̃ senes sunt maxime suspitiosi. qz multotiens experti sunt aliorum defectus. Prime autē due suspitionis cause manifeste pertinent ad peruersitatem affectꝰ. Tertia vero causa diminuit rationem suspitionis. inq̃tuz ex perientia ad certitudinem pficit. que est contra rationē suspitionis. ⁊ ideo suspicio viciuz qdam importat. ⁊ q̃to magis procedit suspitio. tāto magis est viciosum. Est autem triplex gradus suspitionis. Primus est cū homo ex lenibus indicijs de bonitate alicuius dubitare incipit et hoc peccatum veniale est ⁊ leue. quia procedit ex humana infirmitate. sine qua vita ista nō ducitur. ⁊ hoc non vocatur proprie iudicium sed suspitio. Secundus gradus est. quando ex talibus signis firmiter pro certo malicia alterius existimat siue q̃ frater suus malus est. et hoc proprie dicitur iudicium. qz iudicium importat firmaz sententiam. ⁊ hoc est peccatum mortale si malum quod indicat de fratre ex leuibus indicijs. sit de genere peccati mortalis. peccatuz enim mortale est quod cōtariatur caritati. q̃ autez aliquis predicto modo iudicet fratrē suum est contra caritatem fraternaz. Tertius gradus est quādo ex leuibus signis non soluz predicto modo iudicat. sed etiam pcedit ad punitionem fratris. sicut cuz iudex ex suspitione procedit ad aliquem condemnandum. Et hoc est grauius. quia non solum est contra caritatem. sed etiam contra iusticiam et equitatem. ¶ Ad ratiōes in oppositū. ¶ Ad primam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. qz licet in humanis actibus nō inueniatur tāta certitudo sicut in demōstratiuis est tamen aliqua certitudo ſm q̃ cōuenit tali materie. puta cum aliquid per idoneos testes probatur. ¶ Ad secundam respōdetur negando minorem. Dicimꝰ enim q̃ ex hoc ipso q̃ aliquis malam opinionez habeat de aliquo sine causa sufficienti indebite condemnat eum ⁊ ideo iniuriatur ei. ¶ Ad tertia respondetur negando consequētiam. Et ratio est. quia iusticia ⁊ iniusticia est circa actus exteriores. ⁊ sic iudicium suspiciosum directe ad iniusticiam pertinet

quando ad actum exteriorem ꝓ
cedit. ⁊ tunc est peccatum morta
le vt dictum est. Judicium autē
interius pertinet ad iusticiā ꝑm
q̃ comparatur ad exterius iudi
cium vt actus interior ad exte
riorē. sicut concupiscētia ad for
nicationē. ⁊ ira ad homicidiuz.

In domi
nica q̃nta est
euangeliuz.
Cū turba ir
ruerent in ie
sum ⁊c. Lu.
quinto. Cir
ca quod pos
sūt hec disputari. ¶ Pri
mo. vtrum ad summum pontifi
cem pertineāt cause maiores in
ecclesia. ¶ Secundo. vtruz retia
predicatiōis cōueniant alijs ꝓla
tis eccl'ie sine auctoritate pape.

D primā
questionē sic
proceditur. ⁊
videtur q̃ nō
pertineāt ad
summum pō
tificem maio
res cause in
eccl'ia. ¶ Pri
mo sic. correctionem eorum qui
audire nolunt fratrem corrigen
tem christus remittit ecclesie.
Matt. xviij. Si peccauerit in te
frater tu⁹ ⁊c. dic. ecclesie. sz cor
rectio talium est de maioribus
causis ergo sequitur q̃ maiores
cause pertineant etiam ecclesie
catholice. ¶ Secūdo sic. aposto
li alij a christo etiam receperūt
spiritumsanctum cum petro. et
potestatem remittendi peccata.
Johānis. xx. Accipite spiritum
sanctum quorū remiseritis pec
cata remittūtur eis. ergo etiam
pertinēt iste cause maiores alijs
prelatis ecclesie q̃ succedūt apo
stolis. sicut summo pōtifici qui
succedit petro. Unde in. c. in nouo
dis. xxj. scribitur q̃ ceteri aposto
li cum petro pari cōsortio hono
rem ⁊ potestatē receperūt. ¶ In
oppositum est euangelium pre
sens. vbi solo petro dr. Duc in al
tum. per qd̄ vt dicit glo. Ambro.
⁊ Hiero. in. c. Non turbat. xxiiij.
q. j. Et si alijs imperatur vt laxēt
retia soli petro dr. Duc in altum
i. in profundum disputationum.
ꝑ quod datur intelligi maiores
causas petro esse ꝓmissas. ¶ Rñ
deo dicendum. q̃ ad summū pō
tificem pertinet determinatio ⁊
diffinitio maiorum causaruz in
ecclesia. Ista conclusio colligit.
Tū primo ex illo Exo. xviij. vbi
moysi q̃dux ⁊ rex iudeorū fuit. si
cut papa xp̄ianorū. ꝑm illd̄ berna
di ad Eugeniū. Tu es potestate
moyses. Deinde legit Esto tu po
pulo ī hisq̃ ad deū ꝑtinēt. vt ostē
das eis cerimonias ⁊ ritū colē
di deū. sicut ergo omnes q̃stiōes
emergētes de lege ⁊ cultu dei re
seruabāt moysi determinānde. ita
oia q̃ sunt fidei xp̄iane reseruāt
romano pōtifici determinanda

et diffinitēda et mandāda teneri et obseruari. et ꝓpter hoc vt in hoc euāgelio dr. Christus cum alijs apostolis imperaret vt laxarent retia. soli petro inquit. Duc in altum. i. in ꝓfundū disputationum. vt ait Amb. Secundo hoc idez colligit ex illo qd dr. Mat. xvij. Dñs soli petro iubet hamo piscari. Sup quo beat' Amb. dicit ⁊ habet in. c. est aliud. xxiij. q. j. Est aliud piscandi gen' quo genere solum petrū dominus piscari iubet dicēs. Mitte hamū ⁊c. vbi glosa inquit. Per hamuz intellige iurisdictionē qua petrus prefuit alijs. hec ibi. tertio colligitur veritas ꝛclusionis. qr papa solus vocat' est in plenitudinē potestatis Alij vero in partem sollicitudinis. vt testat leo papa in capitulo Multuz. iij. q. vj. et Gregor' in capto Decreto. et Julius papa. in capitulo. qui se scit. ij. q. vj. ergo ad ipsuz solum ꝓtinent omnes cause maiozes de ecclesia Ex multis alijs potest colligi prefata ꝛclusio. sz ista sufficiant. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam rndet negando ꝛsequentiam Et auctoritatem respondet ꝑm glo. Chryso. q per ly ecclesie itelligit prelatus ecclesie. vñ dic ecclesie id est. his que ꝑsunt. vñ papa cū sit caput ⁊ pinceps toti' ecclesie. sibi maxime conuenit de omnibus iudicare. ⁊ omnes delinquētes corrigere. Unde Pelagius in. c. Cuncta per mundū. ix. q. iij. Apostolica sedes de omni ecclesia habet fas iudicandi. ⁊ consequens mala quibus homines a deo auertunt correctionis disciplina de medio tollere ⁊ eradicare vt extra de maio. ⁊ obe. c. solite. ¶ Ad secundam respōdet q ratio non ꝓcedit. Et ratio est. qr determinatio causarum pertinet ed potestatem iurisdictionis in qua ꝓfertur omnibus. vt pote caput totius ecclesiastici corporis. Auctoritas autez illa Johannis. xx. loquitur de auctoritate et potestate ordinis quam pariter apostoli receperunt.

D secūdam questionez sic ꝓcedit. Et videtur q alij prelati ecclie habent q auctoritatem pape laxare possint retia ꝑdicationis. ¶ Primo sic. Prelati et episcopi sunt successores apostolorum. vt habet glosa. Luce. x. Sed apostolis immediate iiungit xps predicationis officium. dicens. Laxate retia vestra. ergo episcopi immediate habent a xpo non mediante papa predicandi auctoritatē. ¶ Secundo sic. Non potest aliquis ꝑdicare nisi mittatur. dicente apostolo ad Roma. x. Quomodo ꝑdicabunt nisi mittantur. sed episcopi in persona apostolorum missi sunt ad ꝑdicandum a christo. iuxta illud Marci vlt. Euan-

tes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. ergo non indigent mitti a papa. ¶ Tertio sic. Archidiaconis et presbyteris puenit ex officio ipsorum predicare. vt scibile dis. xxv. c. Prelatis multo ergo fortius alijs ecclesie prelatis superioribus. ¶ In oppositum arguitur sic. Predicatio pertinet ad iurisdictionem. sz omnis potestas iurisdictionis platorũ dependet a papa. vt in. c. Dñis. dis. xix. et. c. sacro sancta. dis. xxij. et. xxiiij. q. j. Loquitur dñis ergo alij plati absqz auctoritate pape laxare retia pdicationis non valent. ¶ Respondeo dicendum q̃ nullus inferior papa potest pdicare absqz auctoritate pape. ista conclusio pbatur. Potestas que data est vni in sua fontali plenitudine nõ est in alijs. nisi deriuata ⁊ limitata etiaz p illius volũtate ⁊ ordinatione. sed potestas pascendi doctrina ⁊ pdicatione christi anum populuz est soli petro data. ⁊ i eo suis successoribꝰ cui cura totiꝰ orbis cõmissa est. dicente dño. Pasce oues meas. Iobis vltimo hoc eñ teste Chrysostomo. nulli apostolorũ dictũ est nisi petro. ergo quicunqz habet potestatem predicandi habet auctoritatẽ pape Secundo A quo ꝗs habet dignitatem episcopalem et curam commissam ab eodem habet ea que sequuntur dignitatem. sed omnes plati a sede apostolica sunt instituti a papa vocati in partem sollicitudinis eius ergo ab eius auctoritate habent q̃ possint predicare et pascere plebem. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia tunc solus christus regebat apostolos. nec aliũ habebant ante se a quo dependerent. vnde ab ipso solo habebant auctoritatem. Prelati vero nũc habent institutũ a christo supra se petrum sine successorem eius in caput et principẽ eorũz a quo pendet immediate omnis potestas eorum. ¶ Ad secundam respondetur. q̃ licet apostoli receperunt auctoritatem predicandi imediate a christo ante passionem ad predicandũ indeis. mat. x. In viaz gentium ne abieritis. Euntes predicate dicẽtes. quia appropinquabit regnum celorũ Matth̃. iiij. et Luce. x. Post resurrectionem cum missi sunt. cũ dictum est eis. Euntes in mundum vniuersum. predicate euãgeliũ omni creature. missio ista intelligebatur in ordine tamen ad petrum quem pastorem et caput ac principem totius ecclesie instituerat. et quem vicarium dimittebat in terris et ita nũc episcopi mittuntur et assumũtur in partẽ sollicitudinis ab ipso Petri successore. ¶ Ad tertiam respondetur. q̃ nec archidiaconi nec aliqui presbyteri habent predicandi auctoritatem. nisi auctoritate pape eis concessa.

IN dominica sexta ē euāgeliū. Nisi iusticia vr̄a abūdauerit plus ꝛc. Matt. v. ¶ Circa qd̄ possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. vtrum necesse sit ad ingressum regni celorum q̄ iusticia fidelium abundantior sit q̄ phariseorū. ¶ Secundo. vtrum conuenienter cū dr. Qui dixerit fratri suo fatue. reus erit gehēne ignis ꝛc. assignent tres gradus ire. ¶ Tertio. vtrū reconciliatio fratris semper sit facienda ante oblationes muneris siue sacrificij.

D primas questiones sic pcedit. Et videtur q̄ nō sit necesse ad ingressus regni celorū q̄ iusticia fidelium abūdātior sit q̄ phariseorū. ¶ Primo sic. Ad consecutionē salutis eterne ꝛ p consequens ad ingressum regni celorum sufficit obseruantia diuine legis. ꝓm illud saluatoris Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. sed vna ꝛ eadem videtur esse lex q̄tus ad moralia ꝛ antiquorū ꝛ nūc fidelium. ꝛ p cōseqns eadē iusticia cū iusticia vt ait plato sit ars et disciplina viuendi. ergo non oportet q̄ abūdātior sit iusticia xpianorum q̄ fuerit phariseorū ad introandum regnum celorū. ¶ Secundo sic. Si dicat q̄ ideo abūdātior debet esse nostra iusticia q̄ lex moysi non cohibebat animum sz manus tantū. Cōtra eodem modo est ordinare animus ad virtutē vt cohibere a peccato sed lex mosayca ordinabat animum ad virtutē. vt patet Deut. vj. Diliges dominū deū tuū ꝛc. ergo et ipsa cohibebat animum a peccato. ¶ Tertio arguitur sic. Irasci non est illicitum. ergo nō videtur q̄ p nō irasci fratri suo sit iusticia christianorum abundantior. cum nō videatur aliqd addi qd̄ sit maioris perfectionis q̄ iusticia phariseorū. cōsequentia videtur bona. pbatur assumptum. Primo sic. Nullus motus naturalis videt esse culpabilis. sed irasci est motus naturalis. vt dicit glosa i psenti euāgelio ergo irasci nō est licitum. ¶ Secundo sic. Nullus peccat in eo qd̄ vitare nō potest. sed iram homo vitare non potest. vt habetur in glosa sup illud ps. Irascimini ꝛ nolite peccare. ergo assumptum est verum. ¶ In oppositū est euāgelium presens. in quo christus inquit. Nisi iusticia vestra ꝛc. ¶ Respondeo dicendum. q̄ necesse est q̄ iusticia fidelium sit abūdantior q̄ iusticia phariseorum. si ingredi velint regnum celorū.

¶ Pro quo sciendum ꝙ pharisei credebant ꝑ precepta decalogi sola opera exteriora ꝓhiberi non motū animi. qz vt credebāt voluntas mala non est peccatum nisi exeat in effectum. vnde dicebant de hoc precepto. Non occides ꝙ (vt hr. j. ij. q. cvij. ar. ij.) per hoc ꝓhibebatur occidendi factum ⁊ non occidendi ꝓpositus. ⁊ hoc est qd dicit saluator Audistis qz dictum est antiquis Non occides. hoc est. sic interpretabant preceptū hoc. Sed hunc errorez excludit saluator dicēs. Ego autem dico vobis. quoniā omnis qui irascit fratri suo reus erit iudicio. hoc est. nō solū qui occiderit fratrem suuz sz qui irascitur ei reus erit iudicio. in quo christus supaddendo super actū exteriorem homicidij actū interiorem animi ostēdit quomodo iusticia nra debet abūdare plus ꝙ iusticia phariseorum que solum opus exterius prohibebat. ⁊ ideo lex noua dicitur ꝑfectior ꝙ vetus lex. in hoc ꝙ et animuz et manum cohibet. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primaz respondetur negando ꝓsequentiam. Et ratio est quia licet vna lex quo ad moralia sit vetus et noua quantum ad substātiā preceptorum. aliter tamen interpretabat a phariseis. ⁊ aliter a christo. et suscipienda est a fidelib⁹. Unde Augustinus dicit contra Faustuz. ꝙ pene omnia que monuit vel precepit dominus vbi adiungebat. Ego autez dico vobis ibi inueniunt etiaz in illis veteribus libris. sed quia non intelligebant homicidium nisi per emptionem corporis humani. aperuit dñs omnem iniquum motū ad nocēdū fratri i homicidij genere ꝓtineri. ⁊ ꝙtuz ad hmōi explicitas manifestatiōes ꝑcepta noue legis dicūtur maioris ꝑfectiōis ꝑceptis veteris legis. vñ obseruātia legis nō sufficiebat ad salutem anime in antiquo testamento nisi lex iuxta interpretationem christi intellecta et obseruata. ¶ Ad secundam respondetur. ꝙ aliud est loqui de iusticia phariseorum. et aliud est de lege veteri. Iusticia eñ phariseorum erat. quia credebant solum opera exteriora esse peccata et sola illa prohiberi. sz lex vetus bene ꝓhibebat cum opere exteriori etiam malam voluntatē interiorem. sicut supra argutuz est. etiam quia intentio legislatoris cuiuslibet legis est facere ciues bonos et virtuosos. vt dicitur. ij. Ethi. sed nullus potest esse bonus et virtuosus nisi operetur bona ex animo ⁊ desistat a malis. non solum opere sed etiā voluntate. ergo lex vetus vtpote diuina ⁊ rectius posita ꝙ sit quecunqz lex ciuilis prohibet nō solum opus exterius. sz interiora animi. verum est tamen ꝙ nō cohibeat aium sed manuz. Differt eñ ꝓhibitio et cohibitio. qz (vt tāgit. j. ij. q. cvij. ar. j. ad secūdū)

prohibitio fit soloverbo ⁊ absq; pene cōminatiōe. Cohibitio est que fit per factū vel per metum ex pene cōminatione. Quia aūt tantum se extendit cohibitio siue coactio legis quantū se extēdit inflictio penarū determinatarum per legē. Nulla enim lex habet virtutē coactiuā. nisi propter penas quas infligit vel cōminatur. sic lex vetus non infligebat nec cōminabatur nisi penas temporales infligēdas per homines. et pro factis exterioribus quorum homo est cognitor. de interioribus aūt non est hominis iudicare nec penā infligere. Et sic patet respōsio. qr lex vetus licet prohibeat a peccato omni. tam cordis q̄ operis exterioris. nō tamen cohibeat penā imponēdo nisi opera exterioza. ¶ Ad tertiā respōdetur negādo ꝓnam. quoniā vt dicit Alexāder de hal'. in tertio. Aliud est irasci fratri. Aliud irasci pctō. Aliud irasci absolute. Irasci fratri sēper ꝓcedit ex vicio. sic enim ira dicitur vt dicit augu. vlciscendi libido. et sic vt dicit sctūs Tho. ij. ij. q. cliij. ar. iij. ad scdm. Xp̄s loquit hic in euāgelio de motu ire quo quis appetit proximi occisionē. aut quācūq; grauem lesionem. cui appetitui si consensus rationis superuenit sine dubio peccatū mortale est. ⁊ ita nō est licitum. Irasci vero peccato procedit ex virtute. quia ex amore vel zelo iusticie. Irasci vero absolute est mor' indifferens. et aliqñ est illicitum aliquādo nō. Unde chrisostom' dicit super matthēū. Qui irascitur sine causa reus est. qui vero cum causa reus non est. si ira nō fuerit. nec doctrina ꝓficit. nec iudicia stāt. nec crimina compescūtur.

D secūdas questiones sic ꝓcedit. Et videtur q̄ nō cōuenienter assignēt tres gradus ire cum dicit. Qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehenne ignis. Nam apostolus galathas vocat insensatos ad Gal'. iij. ⁊ domin' Luc. xxiiij. discipulos eūtes in castellum emaus vocat stultos. dicēs. O stulti ⁊ tardi ad credendū. ergo videtur q̄ nō dicatur bene q̄ qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehenne ignis. ¶ Sed oppositū est textus p̄sentis euāgelij. Respōdeo dicendū. q̄ sicut declaratur. ij. ij. q. clviij. ar. v. ad tertiū. Triplex gradus ire cōuenienter ordinatus ponitur a domino in euāgelio presenti. Primus quidē est in corde. qui nominatur. cum dicitur. Qui irascitur fratri suo. Secds est in ore q̄ verbum confusum cōtumeliosum. qui notatur cum dicit. Qui autē dixerit fratri suo racha. qd est interiectio irascentis. Tertius gradus est quando ꝓceditur ad

contumeliam determinatā. qui notatur cum dicit. Qui dixerit fratri suo fatue. reꝰ erit ⁊c. Primus gradus est minoris culpe q̄ secūdus ⁊ secūdus q̄ tertius. ⁊ ideo ꝑme minor culpa determinatur cū dicit. Reus est ꝓcilio. qz minus est q̄ iudices deberent cōgregari ad determinationem alicuius pene q̄ q̄ iam sit adiudicatus. qd̄ ponit in secūdo cum dicitur. Reus erit iudicio. ⁊ hoc est minꝰ q̄ q̄ aliquis sit iā extreme pene determinatus. qd̄ ponitur in tertio gradu. cū dicit Reus erit gehēne ignis. ¶ Ad rationes in oppositū rñdetur q̄ sicut licitum est aliquē verberare. vel in rebꝰ dāmificare causa discipline. ita etiam causa discipline potest aliquis alteri quem debet corrigere verbū aliqd̄ conuiciosum dicere. ⁊ hoc modo dominus discipulos vocauit stultos. ⁊ apostolus galathas insensatos. Ñ̄ sicut dicit augu. in libro de sermone dñi in mōte. Raro ⁊ ex necessitate magna obiurgationes sunt adhibēde. in quibus non nobis sed vt dño seruiatur instemus. Concordat alexāder de hal'. in. iij. ad argumentū predictuz respōdens. q̄ vt dicit augustinus. Qui dixerit fatue. duo subaudiuntur. scilz ⁊ fratri suo. ⁊ sine causa hoc est. vnde defenditur q̄ apostolꝰ vocauit galathas stultos. quos ⁊ fratres nominat. nō enim hoc fecit sine causa. hec ille.

D tertiam questionem respōdet. q̄ semper recōciliatio est fienda ante oblationem muneris siue sacrificij. verū distinguēdū est. quia aut frater cui recōciliādus est quis est presens. aut est absens. si absens. sufficit ire spiritualiter pedibus mētis. Unde augu. in sermone dñi in monte. Pergēdū est nō pedibus corporis sed motibus animi. vt te humili affectu ꝓsternas fratri ad quē chara cogitatione ꝓcurris in ꝓspectu eius cui munus oblaturus es. Hoc aūt dicitur quis facere vt dicit nicolaus de lyra. quando habet propositū satisfaciendi loco ⁊ tēpore competēti. Et hoc modo vtitur ecclesia romana. qui reum cōfitentē absoluit. ⁊ sibi satisfactionē leso fiendam imponit. Si ꝯo sit presens ⁊ cōmode possit ipsiꝰ fratris offensi haberi ꝑsentia. eum nō simulato animo linire atq̄ in gratiam ꝓuocare veniā postulando debes. ac deinde offeras munus tuuz. ¶ Sed surgit hic alia questio. vtrū ille cui iniuriatꝰ est debeat amicitiā querere. ¶ Respōdeo iuxta alexandrū de halis in tertio. q̄ duplex est debitū. s. debitum necessitatis ⁊ sine quo nō est salus. ⁊ ꝑm hoc qui iniuriatꝰ est non debet recōciliationē que

rere. Unde augustin⁹ in sermone dñi in mõte. Non veniã postulabis ab eo qui tibi iniuriam fecit. sed tm̃ dimittas sicut tibi a dño dimitti cupis qd̃ ipse cõmiseris. Et est debitũ perfectionis qd̃ ꝓfert ad maiorẽ gloriã. ⁊ hoc modo dicit chryso. ꝙ iniuriat⁹ debes duplicẽ recõciliationem querere. vt duplicẽ gloriã cõsequaris. vnã qua iniuriatus es. alterã quia prior rogasti. Nõ em̃ volẽs te de⁹ substernere sub pedibus eius iubet te pri⁹ rogare sed volẽs tibi humilitatis gloriam prouidere. hec ille.

In dominica septima est euãgeliũ. In illo tẽpore. Cum multa turba ⁊c. matthei. viij. possũt disputari q̃ in dñica quarta q̃dragesime disputata sunt.

In dominica octaua est euãgeliũ. Attendite a falsis ꝓphet⁹ ⁊c. matt. vij. Circa qd̃ possunt disputari sequentes questiões. ¶ Prima. vtrum cauendi sint falsi prophete. ¶ Secda. vtrum sufficiẽs argumentum ad cognoscendus predictos lupos assignatur. cuz dicitur. A fructibus eorum. cognoscetis eos. ¶ Tertia. vtrum simpliciter ex volũtate iudicanda sit actio bona vel mala.

D primas sic ꝓceditur. Et videtur ꝙ nõ sint cauendi falsi ꝓphete. ¶ Prio sic. Nulli tales nunc sunt. ergo ⁊c. antecedens probat ex illo Matth̃. xi. Lex ⁊ prophete vsq̃ ad Jobes. ergo videtur ꝙ nõ oporteat post tẽpora iohãnis a talib⁹ attẽdere. ¶ Secundo sic. si dicantur per falsos ꝓphetas heretici. Contra. Apls inquit. i. Corin. xi. Oportet etiã hereses in ecclesia. vt qui probati sunt manifesti fiant. ergo non est attendendũ siue cauendũ ab eis. ¶ Tertio ex illo Matthei xiij. Ubi dominus mandauit vt serui permitterent crescere zizania vsq̃ ad messem sed per zizaniam heretici intelligunt fuz augu. ergo ⁊c. ¶ In oppositum est euangeliũ presens. ¶ Respondeo dicendũ sub ista cõclusione. ꝙ diligenter cauendi sunt falsi prophete qui hic heretici dicuntur. Et hoc multiplici ratione. Primo sunt diligẽter cauendi. quia occulte veniunt ⁊ incedũt falsam doctrinam sub virtutuz apparentia palliantes. Unde dicitur. Veniunt in vestimentis ouium. i. vt recti sub bonis opo-

ribus.scz orationibus.ieiunijs. ⁊ elemosinis.q̄ ipsi ficte faciūt. quia in his non honorē dei intē dunt:sed fauorem populi captā dum vt eorum dictis credulitas citius adhibeatur.de quibus di cit apostolus ad Rom.xvj. Per dulces sermones ⁊ benedictio nes seducunt corda innocentiū. Secūdo,sunt diligenter cauēdi propter periculū. Unde subdit. Sunt enim intrinsecus scilicet per corruptā voluntatē ⁊ inten tum nocēdi ⁊ seducendi lupi ra paces. Lupi enim non solū sunt mordaces.sed etiam venenatos habent dentes. Sic heretici cū mordent venenū false doctrine effundūt.tales enim nisi diligē ter caueantur multū,pficunt ad impietatē.quia vt dicit apl's.ij. Timoth.ij. Sermo eorū vt can cer serpit. Et ideo bene dicitur Esa.lij. Recedite recedite noli te tangere immundū.qr sicut di citur Eccl'ia. xiij. Qui tetigerit picem coinq̄nabitur ab ea.⁊ qui cōmunicat superbo induet sup biam. Tertio cauendi sunt ne in uoluamur penis damnatiōis eo rum.q̄ sunt plures in iure. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad pri mam respōdetur ꝑm albertum. Dicit enim ꝙ obiectio illa fuit chryso.⁊ soluit eam sic. ꝙ pphe tia est proprie diuina inspiratio sub immobili veritate tales eo rum euentus denūciās que sunt de redemptore ⁊ sanctis.et hoc modo prophetia fuit finita vsq̄ ad iohannē qui digito saluato rem demonstrauit.sed si prophe tia dicitur quecūq̄ enunciatio futurorū tunc pphete sunt ⁊ fue runt post iohannē.sicut agabus filius philippi in actibus apo stolorum qui famē ⁊ vincula pau li pronunciabat.⁊ multi alij qui ad humanarū aurium directio nem multa pronūciarūt. Secū do respondetur ꝙ hic falsi pro phete dicūtur heretici. ¶ Ad se cundā respōdetur negādo conse quentiā. Et ratio est.quia vtili tas que ex heresib⁹ venit.est pre ter hereticorū intentionē. quor intentio est corrūpere fidem qd̄ est maximi nocumenti.vnde ma gis respiciendum est ad id qd̄ est per se de intētione eorum vt ex cludātur. q̄ ad hoc quod est pre ter intentionē eorum vt sustineā tur. ¶ Ad tertiā respondetur.qr supra dicit augustin⁹. Illud est intelligendū in eo casu.quando non possunt extirpari zizania si ne extirpatione tritici.vt dictū est in vltima questione disputa ta in dominica secunda post fe stum trinitatis.

D secūdā sic procedit. Et videtur ꝙ nō detur ꝓ ne niēter signum cognoscendi falsos pphe tas.cum dicit. A fructibus eor cognoscetis eos. ¶ Primo. quia

tales vt dicitur in euangelio. veniunt investimentis ouium. sed vestes ouiū sunt opa bona. vñ lana ponitur inter fructus ouium ergo non est conueniens signuz cognoscendi falsos prophetas. ¶ Secundo sic. opera de genere bonozum sunt communia bonis et malis. ⁊ sunt fructus bone volūtatis. ergo ex illis nō. possunt discerni falsi prophete a veris. ¶ In oppositum est euangeliuz presens. ¶ Respondeo dicendū ꝙ signum cognoscendi falsos, pphetas datur conueniens. cum dñs dicit. A fructibus eozum cognoscetis eos. Patet ista cōclusio. quia fructus ex quib⁹ cognoscuntur boni catholici est maxime confessio immaculata fidei catholice sanctis operibus associata. Unde si confitetur fidem catholicam quaz vniuersalis ecclesia tenet ⁊ docet. et bona opera non facit falsus propheta est. sed bonus christianus iudicatur de quib⁹ apostolus loquitur ad Eph̄. v. dicens. Ut filij lucis ambulare. fructus lucis est in omni bonitate. in iusticia ⁊ veritate, p bātes quid sit beneplacituz deo. Ubi duo ponit. Primo substantiam operis siue genus operis. Secundo intentionez faciētis. De primo dicit. Fruct⁹ lucis est id est. opera fructifera et clara. Eccli. xxiiij. Flozes mei fructus honozis et honestatis. Ubi aduertēdum ꝙ quia omnis virtus ad tria reducitur. Nam oportet ꝙ agens ozdinetur in se. ad proximum ⁊ ad deum. In se vt sit dominus in seipso. ⁊ propter hoc dicit In omni bonitate. Item ad proximum per iusticiam ideo dicit. In iusticia. psal. Feci iudicium et iusticiam. Item ad deum per cognitionem ⁊ confessionez veritatis. Et ideo dicit. Et veritate. Quantum ad scōm sez intentionem facientis. subdit. Probantes quid sit beneplacitū deo. id est. vt intendas facere qd placet deo. Roma. xij. Probetis q sit voluntas dei bona ⁊ beneplacens ⁊ perfecta. A fructib⁹ ergo lucis. que sunt opera fructifera et clara. in omni bonitate. iusticia ⁊ veritate. cum intentione faciendi qd deo placet cognoscuntur veri prophete. veri doctores catholice veritatis. et a contrarijs fructibus cognoscūtur falsi prophete. errozum magistri. vel doctozes heretice prauitatis. Ex his que dicta sunt pz responsio ad obiecta. quoniam ex illis simpliciter non bene discernuntur sicut arguitur.

D tertiaz questionez sic procedit. Et videt ꝙ simpliciter ex voluntate actio iudicanda sit bona vel mala. ¶ Primo sic. Et presenti euangelio vbi dicitur. Non potest arboz mala bonos

fructus facere. nec arbor bona fructus malos. sed voluntas bona comparatur bone arbori. mala autē male. cum ergo fructus volūtatis sint actus exteriores, videtur q̃ ex bonitate vel malicia volūtatis simpliciter exteriores actus dicendi sunt boni vel mali. ¶ Scdo sic. in tertio metaphisice dicit pbs. q̃ ratio boni a fine sumitur. sed actus volūtatis habet ordinē ad finem mediante volūtate cuius obiectus est finis. ergo fm bonitatem vel maliciā volūtatis dicendus est actus exterior bonus vel malus. ¶ Tertio. dicit augustinus. Voluntas est qua peccat ⁊ recte viuitur. sz fm q̃ ea peccat est mala. fm vero q̃ ea recte viuit est bona. ergo actus ipsi exteriores debēt iudicari boni vel mali. fm bonitatē vel maliciā volūtatis. ¶ In oppositum sic. dicit pbs. ij. ethicorū. q̃ quedā sunt que bene fieri nō possunt. qr cū sint extrema. in eis nō est mediū accipere ꝓuenit aūt in talia opera ꝓgredi ꝓpter voluntatē alicui⁹ finis boni. ergo nō est iudicādus act⁹ exterior bonus ꝓpter bonitatem volūtatis. ¶ Ꝓsideo dicendū. q̃ volūtas potest dupliciter ꝓsiderari. vel fm q̃ intēdēs prout in vltimū finē fertur. vel fm q̃ est eligēs. put ferr̃ in obiectū proximum. quod in finē vltimū ordinatur. Si cōsideret̃ ꝑmo modo. sic est cōclusio ꝑma. q̃ malicia voluntatis sufficit ad hoc q̃ actus malus esse dicat̃. qr quod malo fine agit̃ malū est. ¶ Secūda cōclusio. bonitas volūtatis intēdētis nō sufficit ad bonitatem actus. qr act⁹ potest esse de se malus qui nullo modo potest bene fieri. Si aūt ꝓsideret̃ volūtas fm q̃ est eligēs. sic est tertia cōclusio. q̃ vniuersaliter verus est q̃ a bonitate volūtatis dicit̃ actus bonus ⁊ a malicia malus. Sed notandū q̃ ad bonitatē cōsilij qd electionē ꝑcedit. vt i. vij. ethicorū dr. tria exigūtur. Unū scz q̃ ꝓsilians ꝑstituat sibi finem debitū. qr si aliquis ad malū finem ꝓsequēdū multas efficaces vias inueniat. nō dicit̃ bon⁹ consiliator. ¶ Scdo q̃ ad bonū finē ꝓsequendū adinueniat bonū op⁹ per quod finē ꝓsequat̃. Unde si quis bonū finē intēdat ꝓsequi ꝑ malā actionē. nō est bonus cōsiliator. qr sortitur finē incōueniēti medio. eo q̃ illud qd ad finem ordinatur. nō est ꝓportionatum fini illi. sicut si aliq̃s verā conclusionē per mediū imptinēs cōcluderet. Tertio requritur vt adinueniat vtrūq̃ in tēpore cōuenienti. ne sit ꝓceps in festinādo. vel etiā inutilis in tardādo. sed hoc vltimū pertinet ad bonitatē cōsilij. fm qd consiliū in ratione inquirēte ⁊ inueniente aliud et aliud est ex parte rei cōsiliabilis cum ergo electio fit quasi consilij cōclusio. vt in tertio ethicorū dicit̃. oportet q̃ ad bonitatē voluntatis eligentis ꝓcurrat finis

et bonitas. bonitas eius qd̄ est ad finem ordinatum. ⁊ si hoc fit pculdubio actus exterior bon⁹ erit. si autem alterū desierit erit voluntas mala ⁊ actus malus. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primā respondet q̄ arbor est ex qua immediate procedit fruct⁹. Unde arbori comparat volūtas in euāgelio. fm q̄ est eligens. qz ex electione immediate seqtur fructus. Uel vt dicit sctūs tho. in p̄ma scōe. (q. xx. ar. ij. ad primum.) per alia verba. Uolūtas bona prout significat per arborem bonā. est accipienda fm q̄ habet bonitatē. ⁊ ex actu volito ⁊ ex fine intento. ¶ Ad scōam respondetur negādo consequētiā. Et ratio est. quia ad bonitatem rei nō solū exigitur bonitas finis vltimi. quam respicit voluntas intendēs. sed etiā bonitas finis primi quē respicit volūtas eligens. ⁊ ideo nō seqtur q̄ bonitas volūtatis intēdentis ad bonitatē actus sufficiat. ¶ Ad tertiaz respondet sicut ad superi⁹. non enim solū aliquis peccat qñ vult malum finem. sed etiam qñ vult malum actum.

In dominica nona euangeliū est. Homo q̄dam erat diues ⁊c. Lu. xvj. Circa qd̄ possunt dispu tari sequētes questiones. ¶ Prima. vtruz prelatus vel clericus dissipans bona ecclesie sit deponendus. ¶ Scōo. vtrū pauperēt denē pecunie siue elemosine vt oretur pro dante. ¶ Tertio. vtrū de illicitis acquisitis possit fieri elemosina.

D primaz questionez sic peeditur. ⁊ videtur q̄ clericus siue plat⁹ dissipās bona ecclesie nō sit ppē hoc deponēdus. ¶ Primo sic. Matrimoniū spūale in quo plātus est vir siue spōsus ecclesie sue. est nobili⁹ q̄ carnale vbi vir cōiungit carnaliter vxori sue: sed in matrimonio carnali vir q̄ uis bonorū vxoris fit dissipator. nō remouet aut deponitur de matrimonio. ergo nec prelat⁹ p hoc q̄ dissipauerit bona ecclesie venit deponēdus. cū videt bona. ¶ In oppositum arguit ex p̄senti euāgelio. arguendo a minori ad mai⁹. qz dissipator bonorū tēporaliū dñi sui deponit ab officio. multomag⁹ est deponēd⁹ plātus dissipator bonorū tēporaliū siue spualiū xpi. ¶ Rñdeo dicēdū q̄ plat⁹ dissipator siue dilapidator bonorū ecclesie est deponēd⁹ ab eccl'ia. Hēc conclusio colligit ex multis capitulis in decre. ix. q. iij. c. vlti. xx. q. v. Diaconi. et. c. abbatibus. et

xxj.q.iiij.c.ij. ¶ Ad rationē ī oppositum rñdetur negādo ꝓsequētiaz. Et ratio est.qz nō est simile in hac parte de matrimonio carnali ⁊ de matrimonio spūali plati cū ecclia carnale enim est magis firmū ⁊ isepabile ꝙ spūale sit.

D secūdā questionez sic procedit. Et videtur ꝙ nō sit danda elemosina alicui vt oret ꝓ dāte ¶ Primo sic. symonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquod spirituale vel spūali annexum. sed oratio est maxime spiritualis. ergo dare elemosinā vt quis oret pro eo. videt symonia. eo qz dat temporale pro spirituali. sed symonia nullo modo est committenda. ergo elemosyna non est danda alicui vt oretur pro eo. ¶ Secundo sic confirmando. Qui illicit alium vt oret ꝓ pecunia dat spirituale ꝓ temporali. ⁊ omis talis est symoniacus. ergo ⁊c. ¶ In oppositu est euangeliū presens. ¶ Rñdeo dicendum. ꝙ elemosyna licite pauperibus datur aut bonis viris vt oretur pro dāte. quando illi qui dant elemosynas pauperibus vt orantium pro ipsis suffragia impetrent nō eo tenore dāt quasi intendētes oratiōes emere. sz per gratuitā beneficētiā pauperum aios eoz ꝓuocāt ad hoc ꝙ ꝓ eis gratis ⁊ ex caritate orent. ¶ Ad rōnes in oppositū. ¶ Ad primaz rñdet ꝙ vez est ꝙ oratio spūalis est. vñ nullo modo dz sub precio poni. nec illi q̄ dant pecuniā pauperibus vt pro eis orent. orationez emūt. sz vt dictū est aios pauperū allicīunt ad orandū ꝓ se. et omnes faciunt sibi debitores. ¶ Ad scōam respondet. negādo consequentiā. Et ratio est eadē. homo eniz facit sibi amicos pauperes dum subuenit eorū necessitatibus. pauperes eniz xpi gratis sunt suis benefacientibus. Et ita pz. qz beneficiū nō est sicut finis motiuꝰ. sz sicut aliq̄d iducēs ⁊ quoniā principaliter hoc intēdūt. ideo nō ꝓpter hoc orāt finaliter. ⁊ ideo oratio nō vēdit sz ipetratur ꝓ accidēs. s. ꝓ acq̄sitionez amoris. Et sic de ista questione.

D tertiam questionez sic ꝓcedit. (ij.ij. q.xxxij.ar.vij) Et videt ꝙ de illicite acquisitis possit fieri elemosyna. ¶ Primo sic. ex p̄senti euāgelio Facite vobis amicos de mammona iniq̄tatis. vbi glo. dicit. Iniq̄tas bene dispēsata in iusticiā vertit. ergo videt ꝙ licite de malis acquisitis possit elemosinā facere. ¶ Scō sic. q̄ est in extrema necessitate ꝓstitutus omnib⁹ modis subueniendū est. sed cōtingit aliquē q̄ nihil hz

nisi de iniuste acquisito aliquem in extrema necessitate videre. ergo debet elemosynam facere. ergo de male acquisito et detento potest elemosyna fieri ¶ Tertio sic. De acquisito per meretriciũ ⁊ per aleas ⁊ per symoniam que sunt turpia lucra potest elemosina fieri. ergo ⁊c. ¶ In oppositũ est illud augustini libro de ꝓbis dñi. De iusto laboze facite elemosinaz. Et infra. Nolite elemosynaz facere de fenoze ⁊ vsuris. Et grego. Nõ est cõputanda elemosyna si pauperibus dispensatur quod ex illicitis acquiritur. ¶ Respondeo dicendum ꝙ tripliciter potest esse aliquid acquisitum illicite. Uno modo quãdo id qd̃ illicite ab alio acquiritur. debetur ei a quo est acquisitum nec potest ab eo retineri q̃ acquisiuit. Sicut contingit in rapina ⁊ in furto ⁊ in vsuris. Et de talibus est conclusio. ꝙ de talib̃ nõ potest fieri elemosyna. Pz cõclusio. qz homo de talib̃ tenet̃ ad restitutionez. Alio modo est aliq̃d illicite acquisitum quod ille qui acquisiuit retinere nõ potest. nec tamen debetur ei a quo acquisiuit. quia contra iusticiã accepit ⁊ alter contra iusticiam dedit. Sicut cõtingit in symonia quadans ⁊ recipiens contra iusticiã legis diuine agit. Et de tali est conclusio secunda. ꝙ non debet restitui ei qui dedit. sed debet in elemosinam erogari. Et eadem ratio est in similibus. in quibus scilicet datio ⁊ acceptio est contra legem dei. ¶ Tertio est aliquid illicite acquisitum. nõ quidem ꝙ ipsa acquisitio sit illicita sed quia id ex quo acquirit̃ est illicituz. Sicut patet de eo quod mulier acquirit per meretriciũ et hoc vocatur propzie loquẽdo turpe lucruz. ꝙ enim mulier meretriciuz exerceat turpiter agit ⁊ contra legem dei. sed in eo ꝙ accipit non iniuste agit nec contra legem dei. Unde de tali turpiter et illicite acquisito est tertia conclusio. ꝙ retineri potest de eo elemosyna fieri. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur. ꝙ textus ille intelligitur de diuitijs per actũ illicituz acquisitis. ⁊ tamẽ iuste possidentur. Uel aliter dicendũ ꝙ mammona iniquitatis dicuntur diuitie et iam licite acquisite ⁊ possesse. tamen dicuntur iniquitatis. quia frequenter ducit hominẽ in peccatũ. ¶ Ad secdam rñdetur. negando ꝓsequentiam. Et ratio est. qz i casu extreme necessitatis omnia sunt cõmunia. ⁊ ita non ꝓuident sibi de alieno. ¶ Ad tertiã rñdet̃. ꝙ de acquisito ꝑ meretricium iam dictu est. ꝙ potest fieri elemosina. non autem fit deo sacrificium vel oblatio ad altare. Tum ꝓpter scandalum. tum ꝓpter sanctoz reuerentiam. Deo aũt qd̃ est acquisitum per symoniam iam dictum est ꝙ dz erogari in pias causas. Circa illa vero q̃ ꝑ aleas acqui-

runtur videtur esse aliquid illicitum ex iure diuino. scz ꝙ aliquis lucretur aliquid ab his quirem suam alienare non possunt sicut sunt minores ⁊ furiosi ⁊ huiusmodi. ⁊ ꝙ aliquis trahat aliū ex cupiditate lucrandi ad ludū. ⁊ ꝙ fraudulēter ab eo lucretur. Et in his casib⁹ tenet ad restitutionem. ⁊ sic de eo nō potest elemosynā facere. Aliqd aūt videt esse vlterius illicitū ex iure positiuo ciuili. qd̄ prohibet vniuersaliter tale lucruz. sz quia ius ciuile nō obligat omnes sz eos solū q̄ sunt his legib⁹ subiecti. ⁊ iterum p disuetudinē abrogari potest. ideo apud illos q̄ sunt huiusmodi legib⁹ astricti. tenētur vniuersaliter ad restitutionē qui lucrantur. nisi forte ꝓtraria cōsuetudo preualeat. aut nisi aliquis lucrat⁹ sit ab eo qui traxit eū ad ludū. In quo casu nō tenetur restituere. qz ille qui amittit nō est dign⁹ recipere. nec potest licite retinere tali iuri positiuo durante. Unde oportet de hoc elemosynam facere in hoc casu.

Adomini ca. x. est euangeliū. In illo tēpore. Cū appropinquaret iesus ⁊c. Lu. xix. Possunt he disputari q̄stiones. ¶ Prima vtruz per sacrā scripturā potest ostendi ꝙ aduentus messie. i. xpi in carnē aduenerit. ¶ Scdo vtrz iudei tempus visitationis sue. i. aduētus xpi cognouerūt. ¶ Tertio. vtrū symoniaci tā vendētes q̄ ementes spūalia p temporalibus sint ab ecclesia expellendi.

D primaz questionez sic pceditur. Et videtur ꝙ nō possit per scripturaz sanctā ostendi ꝙ aduentus messie. i. christi i carnē aduenerit. ¶ Primo sic. ex illo Esa. ij. vbi loquitur de tempore aduentus christi. vbi dicitur. Erit in nouissimis diebus preparat⁹ mons domini in vertice mūtium. ⁊ eleuabitur super omnes colles. ⁊ fluent ad eū omnes gētes. Et sequitur. Constabunt gladios suos in vomeres et lāceas suas in falces. Non leuabit gēs contra gētem gladium. nec exercebuntur vltra ad belluz. Ex his arguit multipliciter. ¶ Primo ex eo quod dicitur ꝙ hoc erit in nouissimis diebus. qz iesus xps non fuit in nouissimis diebus. qz post natiuitatem eius ⁊ mortem multa tempora fluxerunt. ergo videtur ꝙ ipse non fuerit vere christus cuius aduētus promittitur in nouissimis dieb⁹. ¶ Secūdo arguitur ex illo quod subditur. ꝙ mons domini erit in vertice montium. mons enim ille di-

xit mons sion vbi fuit templum. sed mōs ille nō est in aliquo elevatus. ergo adhuc nō venit christus. ¶ Tertio arguitur ex eo qd subditur. Fluent ad eum omnes gētes. quia non omnes credunt in iesum nazarenum. ¶ Quarto arguitur ex eo quod sequit. Nō leuabit gens contra gentem gladium. quia post natiuitatez iesu christi nō cessarunt bella per orbem. vt pz. nec cessant. ergo videtur q̄ aduentus vere messie. scz christi nōdū venit. ¶ Scdo principaliter arguit sic. Dicit Esa. xi. Egrediet virga de radice iesse. vbi scriptura loquitur de adūtu christi. sequitur ibidē. Habitabit lupus cum agno. ⁊ pardus cum hedo accubabit. et sequitur ibidem. Delectabitur infans ab vbere super foramina aspidis. ⁊ in cauerna reguli qui ablactatus fuerit manum suam mittet. sed adhuc non videmus agnos cuz lupis pacifice habitare. nec pueros delectabiliter cum serpentibus ludere. ergo non fuit tempus adimpletum veri christi. ¶ Tertio sic. dicit hieremie. xxiij. Ecce dies venient dicit dominus. ⁊ suscitabo dauid germen iustuz. Et sequitur. In diebus illis saluabitur iuda. ⁊ israel habitabit cōfidenter. sed post aduentuz iesu iudei semper fuerunt in periculo ⁊ in pauore. ergo videtur q̄ tēpus veri christi nondum venit.

¶ In oppozituz arguitur ex presenti euangelio. vbi christus redarguit iudeos q̄ non cognouerunt tempus visitationis eorum scilicet aduentus sui qui fuit aduentus veri christi pmissi. ¶ Respondeo dicendum. q̄ per sacram scripturam potest ostendi manifeste q̄ aduentus veri xpi qui fuit iesus nazarenus iam aduenit. siue christum iam venisse. Ista conclusio probatur multipliciter. ¶ Primo sic. ex illo Genes. xlix. vbi iacob patriarcha prophetauit dicens. Non auferetur sceptruz de iuda. ⁊ dux de femore eius donec veniet qui mittendus est. ⁊ ipse erit expectatio gentium. sed notozium est. q̄ quādo christus fuit natus sceptrū fuit ablatum de femore iude. vt tūc subcesare regnabat herodes alienigena natione in iudea. vt pz. ergo ab illo tempore venit christus. Et confirmatur per translationem caldaicam. quia vbi hieronymus trāstulit. donec veniat qui mittendus est. caldaica translatio hz. donec veniat messias. ⁊ sic pz q̄ auctozitas predicta nō potest intelligi de aliquo alio q̄ de christo. In quo possunt confutari multe cauillationes iudeorum. ¶ Scdo pbatur predicta cōclusio ex illo Danielis. ix. vbi angelus gabriel instruit eum de aduentu christi dicens. Septuaginta hebdomade abbreuiate sunt super populuz ⁊ super vrbem tuam sanctam. vt consumet̄ prauaricatio et finem accipiat peccatum. et deleatur iniquitas. et

adducatur iusticia sempiterna. et impleatur visio et prophetia. et vngatur sanctussanctorum. ꝙ vero accipiat ibi hebdomadas annorum. patet in principio capituli. et ita intelligunt omnes doctores. sed iste hebdomade. lxx. que faciunt. quadringentos. xc. annos sunt preterite. ergo tẽpus aduentus christi iam longe preteriit. ¶ Tertio probatur cõclusio sic. quando scriptura sacra denunciat aliquod futurum et determinat tempus et locum et modum et scilicet omnia ista concurrunt in vnum manifeste patet ꝙ illud quod fuerat predictum est impletum. Sacra autem scriptura predixit aduentum christi. vt patet in multis locis. determinauit etiam tempus veniendi. videlicet quando fuerit trãslatio regni. supra Bene. xlix. Non auferetur sceptrũ de iuda ꝛc. Similiter locum nascendi. Mich. v. Et tu bethleem effrata ꝛc. Similiter modum veniẽdi. scilicet ꝙ christus in paupertate veniret. Zacharie. ix. Ecce rex tuus venit iustus ꝛ saluator et ipse pauper. Similiter determinat sacra scriptura modũ moriendi. quia scilicet in humilitate et patiẽtia ex parte ipsius christi. ꝛ in crudelitate maxima ex parte occidentium ipsum. vt habetur Esaye. liij. Sicut ouis ad occisionez ducetur. Sed hec omnia manifeste sunt impleta in iesu nazareno. ergo rationabiliter cõcluditur ꝙ ipse fuerit verus christus. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam de auctoritate esaye respondetur negando consequentiam in omnibus partibus argumentationis eius. Ad id quod ait de nouissimis diebus. dicim⁹ nihil valere. quia nouissimi dies ibi dicuntur dies messie siue christi. ꝛ aliquãdo dicuntur tempora etiam christum precedentia. sm illud Bene. xlix. vbi patriarcha iacob dixit filijs suis. Congregamini vt enunciez vobis que futura sunt in diebus nouissimis. Et ibidem consequenter denunciat non solum de aduentu christi sed etiaz de multis que adimpleta sunt a tempore regum et iudicium. vt patet litteram intuenti. ¶ Ad rationem sumptam de eleuatione montis respondetur. ꝙ est vanitas hoc quia eleuatio talis non est intelligenda sm motum localem vt intelligunt iudei. sed sm nobilitatem et appreciationem que tunc facta sunt quando christus ipsum templum miraculis et doctrina multipliciter super omnia alia loca nobilitauit ꝛ exaltauit. ¶ Ad rationem sumptã ex hoc. Et fuẽt ad eũ omnes gẽtes rfidetur ꝙ ibi distributio est accommoda pro generibus singulorum non pro singulis generum. sicut dicit ꝙ omne animal fuit in arca noe. quia de singulis generibus animaliũ fuerunt ibi aliqua indiuidua. Et similiter

de omnibus gentibus siue de iudeis siue de gentilibus cõfluxerũt ad christũ credentes in ipsũ. et ita illud adimpletũ est. ¶ Ad rationem sumptam ex illo. Non leuabit gẽs ꝓtra gẽtẽ gladiũ. respondetur. ꝙ illud dictum est. qz circa tempus christi fuit pax diuturna ĩ orbe. ⁊ maxime in iudea. quod patet ex eo ꝙ imminẽte natiuitate xpi placatis omnibus regnis ⁊ sub imperio romano redactis preceptum fuit a cesare augusto vt describeret vniuersus orbis. et ab illo tempore vsqz ad quartum annũ post passionem christi. quando ceperũt iudei rebellare romanis non legunt aliqua notabilia bella fuisse in iudea. nec iudeos vsos fuisse armis qz terra custodiebatur a militibus romanis. Et ideo ꝓbabile est ꝙ tunc ꝓpter diuturnitatem pacis iudei instrumenta quibus vtebantur prius in bellis mutarent instrumenta agricolature apta sicut sensibiliter videt fieri in terris vbi est pax diurturna. ꝙ autem dicitur. non leuabit gens contra gentez gladium ⁊c. vbi lyvltra non importat eternitatem sed solũ diuturnitatem temporis. id est. vsqz ad longum tempus. ¶ Ad secundã rationẽ ꝑncipaliter. de illo Esa. xi. Habitabit lupus ⁊c. respõdetur. negando consequẽtiam. Et ratio est. quia est locutio metaphorica. qz homines ibi nominãtur nomine animalium. Et similiter habet. Gen. xlix. Beniamin lupus rapax ⁊c. Sic ergo dicendum est in ꝓposito ꝙ iudei ⁊ gentiles qui prius erant ad invicem nociui ⁊ odiosi pacifice simul habitauerunt conuersi ad fidẽ christi. ꝓm qd dr Act. iiij. ꝙ multitudinis credentium erat cor vnum et anima vna. Et eodem modo exponendum est de pueris ⁊ animalib? venenosis. qz simplices pueri non leduntur ab illis qui ante cõuersionem ad fidem christi erant veneno infidelitatis et perfidie repleti. ¶ Ad tertiaz et illo Heremie. xxiij. respondetur ꝙ iam non erant filij israel ⁊ iuda proprie loquendo. quia erant auersi a deo. quia christuz negauerunt et occiderunt. ꝓpter qd etiam illam miseriã meruerunt. et ideo ex illa miseria magis concluditur ꝓpositu ꝙ sicut patet ex dictis. Illi autem qui vere fuerunt filij israel et iuda q̃ scz christum receperũt saluati sunt per ipsum. nõ solum spũaliter quantum ad animas. sed etiam corporaliter. qz ꝓm ꝙ dicit in ecclesiastica historia. imminente destructiõe ciuitatis hierosolyme per titum ⁊ vespasianũ admoniti sunt fideles q̃ erant in iudea angelum vt transirẽt in regnum regis agrippe. q̃ erat cõfederatus romanis. ⁊ ibi saluati sunt in bona pace. Aliter potest dici ad auctoritatem Hieremie. ꝙ illi fuerũt perfecto de regno xpi de quo ibi loquitur qui iam sunt in gloria

celesti ⁊ ibi habitant cōfidenter et sunt profecto saluati.

D secūdaz questionez sic pcedit.⁊ videtur ꝙ iudei tēpus visitationis sue. i. adueniens xpi nō cognouerunt. ¶ Primo ex psenti euāgelio. vbi dicitur. eo ꝙ nō cognoueris tps visitationis tue ¶ Secūdo arguitur ex illo apostoli. j. Coy. ij. Si em̄ cognouissent dñm glorie nunq̄ crucifixissent eum. ¶ Tertio arguitur ex illo Actuum. iij. vbi Petrus loquens iudeis dicit sic. Scio fratres ꝙ per ignorantiā fecistis sicut ⁊ princeps vestri. ¶ In oppositum est illud Mat. xxj. ꝙ agricole videtes filiuz dixerūt intra se. Hic est heres. venite occidamus eum. vbi dicit Hieronym⁹ Manifestissime de⁹ probat his verbis iudeoy principes nō per ignorantiam. sz per inuidiā dei filium crucifixisse. ¶ Respōdeo dicendū. ꝙ aliqui iudeoy cognouerunt tempus visitationis sue et aliqui nō. ¶ Pro quo notādū sicut notat sanctus Thomas in tertia pte questione. xlvij. et Nicolaus de lyra Lu. xix. qd̄ apud iudeos quidam erant maiores sciētes scripturas legis ⁊ pphetaruz. Aliqui aūt minores sicut laici ⁊ mulieres tātūmodo sciētes quod est de necessitate salutis. vt precepta decalogi. ⁊ huiusmodi. que debent sciri ab omnibus. Est ergo prima pclusio. ꝙ maiores coy qui principes dicebantur cognouerunt Jesuz esse verum prophetam promissuz in lege. ⁊ ita tempus visitationis coy nouerunt. Patet pclusio. qz omnia signa videbant in eo que dixerant futura pphete. Diuinitatem autem eius etiam cognouerūt (vt hz. vbi. s. ad. ij. circa finem.) quia euidentia signa huiusmodi habuerunt ⁊ dicta prophetarum. quibus tamen assentire ppter odium ⁊ inuidiaz noluerunt vt cognoscerent eum esse filium dei. Unde Beda dicit super illud Luce. xxiij. Nesciūt quid faciūt. Notandū inquit. ꝙ non pro eis orat qui quem filiū dei intellexerunt crucifigere q̄ cōfiteri maluerunt. Unde ipse dominus de eis dicit Johānis. xv. Si nō venissemet locut⁹ eis non fuissent peccatum nō haberent. nunc autē excusationez nō habēt de peccato suo. Et postea subdit. Si opera nō fecissent in eis que nemo alius fecit peccatum non haberēt. Et postea subdit. Nunc autē viderūt me ⁊ oderunt me ⁊ patrē meū. ¶ Alia cōclusio est. ꝙ minores id est. populares q̄ mysteria scripture nō nouerant. nō plene cognouerūt ipsum Jesum verum pphetam esse. nec christum pmissum in lege. nec esse filium dei. lz aliqui eorum etiam in eū crediderunt.

multitudo tñ non credidit. et si
aliq dubitarēt an ipse esset chri
stus ꝓpter signoꝝ multitudinē.
et efficiam doctrine. vt habetur
Job. vij. tñ postea decepti fuerūt
a suis principibus vt eū non cre
derent nec filiū dei nec christū.
¶ Ad ratiōes in oppositū. ¶ Ad
primam de p̄ senti euangelio rñ
detur. ꝙ loquitur xp̄s de actua
li cognitiōe aplicante ad opꝰ. s.
recipiendo p̄dicationē xp̄i. imo
e conuerso negauerūt ⁊ crucifi
xerunt. ¶ Ad secūdam responde
tur eodē modo. habituali eñ co
gnitione maiores bene cogno
uerunt. sz actuali ad opus dedu
cta nō. inuidia ⁊ odio excecati.
¶ Ad tertiam eodē modo rñdet

D tertiaz
questionē sic
ꝓceditur. Et
videtur ꝙ nō
sit conueniēs
symoniaci pe
na ꝙ expella
tur de templo dei p priuationez
eius qd̄ per symoniam acquisi
uit. ¶ Primo sic. Symonia eñ
committitur ex eo ꝙ alicui⁹ mu
neris interuentu spritualia ac
quirunt sz q̄dā sunt spūalia que
semel adepta nō possunt amitti.
sicut omnes caracteres qui per
aliquam cōsecrationē imprimū
tur. ergo non est conueniens pe
na vt quis priuetur eo qd̄ symo
niace acquisiuit. ¶ Secundo sic
Cōtingit aliqñ ꝙ ille qui est epi
scopatum adeptus per symoniā
precipiat subdito vt ab eo reci
piat ordines. ⁊ videtur ꝙ debeat
ei obedire q̄diu tolleratur. sed
nullꝰ debet aliquid recipere ab
eo qui nō habet potestatē cōferē
di. ergo eps nō amittit epalem
dignitatem si eaz symoniace ac
quisiuit. ¶ Tertio. Nullꝰ debet
puniri ꝓ eo quod ei est factuz co
nesciente ⁊ nolente. qz pena de
betur peccato qd̄ est voluntariū.
cōtingit aūt aliqñ ꝙ aliqs symo
niace ꝓsequitur aliqd̄ spirituale
ꝓcurantibus aliis ipso ignoran
te et nolente. ergo non debet pu
niri p p̄uationē eius qd̄ ei collā
tum est. ¶ In oppositum arguit
ex presenti euāgelio. vbi xp̄s de
tēplo eiecisse dr vēdentes ⁊ eme
tes. per quos designantur symo
niaci. ¶ Respondeo dicendu ꝙ
pena illa est conueniens symo
niacoꝝ vt expellantur per priua
tionem eorum que per symoniam
adepti sunt. Ista cōclusio patet
ex capitulo. Si qs episcopus. j.
q. j. vbi sic dicitur ex cōsilio cal
cedonensi. Qui ordinatꝰ est. scili
cet per symoniam nihil ex ordi
natione. vel promotione que est
per negociationem facta profi
ciat. sed sit alienꝰ a dignitate vel
sollicitudine quam pecunijs ac
quisiuit. Conclusio vero p̄dicta
ratione sic ꝓbatur. Nullus licē
te retinere potest id qd̄ cōtra vo
luntatem domini acquisiuit. pu
ta si aliquis dispensaret de reb⁹
domini et daret alicui cōtra vo
luntatem et ordinationez domi

ni sui ille qui accipit licite tene re non posset dominus autez cu iūs ecclesiarum prelati sunt di spensatores et ministri. ordinauit vt spiritualia gratis darent ꝯm illud Matth.x. Gratis acce pistis gratis date. ⁊ ideo qui mu neris interuētu spiritualia que cunq; assequuntur. ea licite reti nere non possunt. Insuper aut ē symoniaci tam vēdentes q̄ emē tes spiritualia. aut etiam media tores alijs penis puniuntur. scz infamie ⁊ depositiōe si sint cleri ci. excōmunicatione si sint latici vt habetur. j. questione. j. Si q̄s episcopus. ¶ Ad rationes in op positum. ¶ Ad primam respōde tur q̄ ille q̄ symoniace accepit sacramētum ordinis. recepit q̄ dem characterez ordinis ꝓpter efficaciam sacramenti. nō tamē recepit gratiaz. nec ordinis ere cutionem. eo q̄ quasi furtiue re cepit characterem contra princi palis domini voluntatez. ⁊ ideo est ipso iure suspensus. ⁊ quo ad se. vt scilicet de executione sui ordinis se nō intromittat. ⁊ quo ad alios. vt scilicet nullus ei cō municet in ordinis executione. siue sit peccatum eius publicuz siue occultum. nec tamē repete re pecuniam potest quam turpi ter dedit licet alius iniuste reti neat. Si vero sit symoniac⁹ qui contulit ordinez symoniaco. vel quia dedit vel recepit beneficiū symoniace. vel fuit mediator sy monie. si est publicuz est ipso iu re suspēsus quo ad se et quo ad alios. si aūt est occultū est suspē sus ipso iure quo ad se tantum. non autez quo ad alios. ¶ Ad se cundam respondet q̄ nec ꝓpter preceptuz epi nec ꝓpter excom municationem debet aliq̄s reci pere ordinem ab epo quem scit symoniace ꝓmotum. ⁊ si ordina tur non recepit ordinis excecu tionem. ¶ Ad tertiā rñdetur. q̄ si nec volēte nec sciente p alios illius ꝓmotio symoniace sit pro curata. caret quidez ordinis ere cutione. ⁊ tenetur resignare be neficium qd̄ est ꝓsecutus cū fru ctibus existentibus. Non aūt te netur restituere fructus consū ptos. quia illos bona fide posse dit. nisi forte amicus eius frau dulenter pecuniam daret pro il lius promotione. vel nisi ipse ex presse contradixerit tunc re non tenetur ad renunciandum. nisi forte postea pacto ꝓsenserit sol uendo uo d fuit promissum.

In domi nica. xj. ē euā gelium. In il lo tēpore. di xit iesus ad quosdam ⁊c. Lu. xviij. cir ca qd̄ possunt disputari se quentes questiones. ¶ Primo. vtrū pharise⁹ in orōe sua venit merito cōdēnād⁹. ¶ Scdo. vtrū publican⁹ i orōe sua formā ꝓue niēter dederit iustificatōis ipū.

D primaꝫ questionē sic proceditur.⁊ videt ꝙ phariseus in oratione sua non veniat ꝓdemnand⁹. ¶ Primo sic.orans phariseus incepit a gratiarum actione dicēs. Dñe gratias tibi ago sed i hoc nō peccauit a deo recognoscendo oia bona que habuit.ergo nō veniebat condēnādus. ¶ Secō sic.si dicatur ꝙ ratione iactantie qua se iactabat esse immunē a peccatis aliorum hoc etiam non arguit.qꝛ potest quis ostēdere laudē suam ⁊ nō peccare.sicut faciebat apostol⁹ ij.Corꝛ.x.Nos nō in immensum gloriamur. Et.xj. Existimo me nihil min⁹ fecisse a magnis apostolis.ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. iactantia cum oriatur ex vana gloria.vt dicit grego.ij.moral'.non est semp peccatū mortale. sicut nec vana gloria.sed solū ꝓpter peccatū mortale venit quis condemnādus siue reprehēdēdus. ergo ⁊c. ¶ In oppositū est euangeliū presens. ¶ Rñdeo dicēdū ꝙ phariseus taliter se habuit in oratione sua ꝙ merito venit reprehēdendus. Primo ex irreuerentia quam in oratione obseruauit.qꝛ nō reuerēter orauit.sꝫ cum fastu.qꝛ nō incuruato corpore sꝫ erecta frōte orabat. Unde dicit. Stans. Secō reprehenditur ex superbia.quia se iustū solum inter hoies dicebat cum ait. Non sum sicut ceteri hoim quasi diceret. Ceteri sunt peccatores.ego aūt iustus.⁊ ita de iusticia sua iactabat se alios ꝓdēnando.⁊ orantē iuxta se publicanum despiciēdo. Tertio reprehensibilis veniebat.qꝛ de bonis que faciebat se iactabat dicens. Jeiunabis in sabbato.sed i hoc iusticiā suam per vanā gloriam fedabat. puerb.xxvij. Laudet te alienus ⁊ nō os tuū extraneus; nō labia tua. Et eccl'iast. vij. Nō te iustifices apud deuꝫ. qm̄ ipse cognitor cordis est. ⁊ Piere.ij. Ecce ego iudicio contendā tecum pro eo ꝙ dixeris nō peccaui. Et ideo Job.ix.dicitur. Si iustificare me voluero.os meū ꝓdemnabit me.⁊ ita merito phariseū se ita inaniter iactauerat merito ꝓdemnādus venit. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primā respōdetur ꝙ hic nō arguit phariseus. qꝛ gratias egit deo.sed quia agit modo superbo. Unde grego. Si reprehēditur ille qui superbe gratias agit.quid est ergo ille qui impugnat gratiā.nō eṁ recte cognouit bona que accepit. Unde bernardus de eo dicit. Sic gratias agit nō qꝛ bon⁹ sed qꝛ sol⁹.nō tam de bonis que habet q̄ de malis que in alijs videt.talis aūt modus elationis est. Unde beda ait. Ecce phariseus ad referēdas gratias ora-

lum habet.ad humilitatis custo
diam nō hz. ¶ Ad secundā respō
detur q̃ lz iactantia semper nō
fit peccatū mortale sed quādoqz
veniale.iactantia tamen istius
pharisei fuit peccatū mortale.
¶ Pro quo notandū q̃ (vt habe
tur.ij.ij.q.cxij.ar.ij.) iactātia po
test cōsiderari vno modo ꝓm se.
prout est mendacium quoddaz.
ꝛ sic quandoqz est peccatuz mor
tale.ꝛ quandoqz veniale. Mor
tale quidem quando aliquis ia
ctanter de se pfert quod est con
tra glozizz dei.sicut ex psona re
gis cyri dz Ezech.xxviij. Eleua
tum est coz tuum ꝛ dixisti deus
ego sum. Vel etiam cum est cō
tra caritatē primi.sicut cum ali
quis iactando se prozūpit in cō
tumelias aliozuz.sicut fecit iste
phariseus qui dicebat. Nō sum
sicut ceteri homines raptozes.
iniusti.adulteri.velut etiam hic
publicanus. Quandoqz vero est
peccatū veniale.quādo aliquis
de se talia iactat que nec sunt cō
tra deum nec contra prozimuz.
¶ Ad tertiā ptz rñsio ex dictis.

D secūdaz
questionez sic
pceditur.ꝛ vi
detur q̃ cōue
niēter formā
iustificatiōis
nō dederit pu
blicanus percutiendo pectus et
dicendo. Propicī esto mihi pec
catori. ex quibus verbis innuit
q̃ ad iustificationē impij requi
ratur ꝓtritio.cōtra qd arguitur
sic. ¶ Primo Luc.vij.dicit. Di
missa sunt ei peccata multa.di
cit glo.q̃ ardoz caritatis rubigi
nem peccatoz in ea consumpsit.
ergo non opozet q̃ ibi sit doloz
siue ꝓtritio de peccato. ¶ Scdo
sic.cōuersio ad deū est potentioz
q̃ cōuersio ad rem tempozalem
ad malū. sed cōuersio ad rem tē
pozalem sufficiēter inducit cul
pam.ergo cōuersio ad deum suf
ficiēter iustificat sine alia con
tritione. ¶ Tertio sic. possibile
est aliquē auerti a deo nihil co
gitando de deo.ergo simul pos
sibile est aliquē auerti a pecca
to.nihil cogitando de eo,. et sic
sine motu liberi arbitrij in pec
catum siue sine cōtritione iusti
ficatur impius. ¶ In oppositu
est euāgeliū hodiernū. Ubi glo.
sup illud.percutiebat pectꝰ suū.
dicit. Percutit pectꝰ ꝛ penas de
se exigit vt deus parcat. ¶ Re
spondeo dicendū q̃ publicanus
in oratione sua cōuenientē foz
mam dedit iustifinationis impij
in tribus. ¶ Primo in humili ve
recūdia quā ostēdit cū dicitur.
Publicanus a longe stans nole
bat nec oculos leuare. beda. Si
cut humilis nō audet appropin
quare vt deus ad eū appropin
quet nō aspicit vt aspiciat. Ni
hil enim tm placet deo in penitē
te sicut dicit bern. q̃ humilis ve
recūdia. Non audebat oculos le
uare ad celuz.qz cognoscebat se

offendisse deum.ita vt diceret il lud.ij. Paral.vlt. Peccani super numerū arene maris.⁊ multiplicata sunt super me peccata mea.⁊ non sum dignus videre altitudinē celi pre multitudine iniquitatis mee. Secūdo ostendit formā iustificationis impij in dolorosa contritione peccatorum quam ostendit in percussione pectoris.in qua reddebat seipsum culpabilē.⁊ ostendebat dolorem. Huiusmodi autem cōtritio necessaria est ad iustificationem impij. Quia (vt habetur iiij.sen.di.xvij.q.j.art.iij.q.iiij.) sicut in generationibus naturalibus vna forma expellit ⁊ alia introducit. ppter qd generatio vnius est corruptio alterius.oportet esse dispositiones ad vtrūq;. ita in iustificatiōe impij qua gratia confertur ⁊ culpa expellitur oportet esse dispositionē volūtatis fm proprīū actum ad vtrūq;. Et ideo sicut per motū liberi arbitrij in deum disponit ille qui iustificatur ad gratiā obtinēdā. ita per motum liberi arbitrij in peccatū qui est cōtritio.oportet q̄ ad culpe expulsionē disponat ⁊ ideo in iustificatione qua innocens iustificatur oportet esse dispositionem solum ad gratiā inducendam.sed in iustificatione qua iustificatur impius oportet esse duplicem dispositionē. vnaz ad inducendam gratiam scz motum liberi arbitrij in deum. Alteram ad expellendū culpam scz motum liberi arbitrij in peccatum.qui est ipsa contritio. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiā. Et ratio est.quia feruor dilectiōis de necessitate cōiūctum habet odium contrariū. ⁊ ideo feruor dilectionis ad dimissionē culpe non operatur sine peccati detestatione.que directe dimissioni culpe respōdet. ¶ Ad secundā etiam respōdetur negando consequentiam. Et ratio est.quia in peccato conuersio non facit culpaz sine auersione. Et ita oportet duo esse in iustificatione. ¶ Ad tertiam respōdetur negando consequentiam. Et ratio est.fm dominum bonauenturaz. Tum quia recessus a deo est inordinatus. sed regressus ordinatus. Tum quia plura exiguntur ad boruz q̄ ad malū.

In dominica duodecima est euangeliuz. Exiens iesus de finibus tyri ⁊c. Mar. septimo. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Primo. Utrum conuenienter christus circa hunc surdum et mutum de quo in euangelio miraculum fecit. ¶ Secūdo. vtrum illi homines faciētes cōtra preceptum christi publicādo miraculum peccauerunt.

D primaz questionez sic pceditur. ⁊ videt q̃ nõ conuenienter christus circa hũc mutum et surdum miracula sit operat⁹.

¶ Primo sic. (vt argnitur. iij. p. q. xliij. ar. iij.) Xp̃s faciebat miracula virtute diuina. cuius proprium est subito operari ⁊ perfecte. ⁊ absq̃ adminiculo cuiuscũq̃. sed christus non subito curauit istum. Dicitur enim in euangelio. q̃ apprehẽdit eum de turba seorsum ⁊ misit digitos suos in aures eius. ⁊ expuens tetigit linguam eius. ⁊ suspiciẽs in celuz ingemiscẽs. ⁊ ait. effecta qd̃ est aperire. ⁊ statim aperte sunt aures eius ergo ⁊c. ¶ Secõdo sic. dei nõ est orare nec respicere in celum ingemiscẽdo. cum ergo hoc fiebat virtute diuinitat⁹. nõ cõueniẽter videt operat⁹ illud. ¶ Tertio. Miracula xp̃i facta sunt ad confirmationẽ doctrine ipsius. ⁊ testimoniũ diuinitatis eius. sed nullus debet impedire finẽ sui operis. ergo videt q̃ inconueniẽter xp̃s p̃cepit illis hominibus q̃ presentauerãt surdũ ⁊ mutũ ad sanandũ q̃ nemini dicerent. ¶ In oppositũ est euãgelium in quo dicit. q̃ bene oia fecit ⁊ surdos fecit audire ⁊ mutos loqui. ¶ Respõdeo dicendũ q̃ xp̃s cõueniẽtissime operatus est miraculũ circa hũc surdũ et mutũ. Ista pclusio sic declarat. Ea q̃ sunt ad finẽ debẽt esse fini pportionata. xp̃s aũt ad hoc venit in mũdũ ⁊ docebat vt hoies saluos faceret. ꝓm illud Joh. iij. Non em̃ misit deus filiuz suũ in mũdũ vt iudicet mũdũ. sed vt saluetur mũdus p ipsum. ⁊ ideo cõueniens fuit q̃ xp̃s particularit hoies miraculose curãdo ostẽderet se esse vniuersalẽ ⁊ spũalem oim saluatorẽ sanãdo. nõ tm̃ potestate diuinitatis sz ministerio hũanitat⁹ cũ esset de⁹ ⁊ hõ. ¶ Ad rones in oppositũ dicẽdũ. ¶ Ad primã rndet negando pnam. Et ratio est. qz (vt habet vbi. s. ad secõm.) xp̃s venerat saluare mũdum. nõ solũ virtute diuina. sed etiã per misteriũ incarnationis ipsi⁹. ⁊ ideo frequẽter etiã in sanatione infirmorũ. nõ solũ potestate diuina vtebat curãdo p modũ imperij sed etiã aliq̃d ad humanitatẽ ipsi⁹ pertinẽs apponẽdo. vt̃ sup illud Luc. iiij. Singulis man⁹ imponẽs curabat oẽs. dicit cyrilus. q̃uis vt deus potuisset oẽs verbo pellere morbos tangit tm̃ eos ostẽdẽs ppriã carnẽ efficacẽ ad p̃sentanda remedia: sic ergo xp̃s sanauit hũc surdũ ⁊ mutũ tãgẽdo euz corporaliter vt ostẽderet humanitatẽ suã esse diuinitatis instrumẽtũ. ¶ Ad secõam respõdetur negãdo pnam. Et ratio est. qz sicut dictũ est. nõ solũ potestate vtẽdo

debuit facere miracula.sed etiã humanitate ipsa. quoniã vtrũq; erat de eo ostẽdẽdũ ⁊ q̃ deꝰ esset in carne vnitꝰ.(vt habet.iij.pte. q.xliij.ar.ij.ad.ij.) Vñ chryso.super illud matth. xiiij. Accepitis quinq; panibꝰ et duobꝰ piscibus aspiciẽs in celũ bñdixit ⁊c.dicit. Oportebat inq̃t credere de xpo qm̃ a patre est. et qm̃ ei equalis est.⁊ ideo vt vtrũq; ostẽdat. nũc quidẽ cũ potestate.nũc aũt orãs miracula facit.dicimus ergo q̃ xps in curatione hmõi infirmi ipse suspiciens in celũ ingemuit vt ostẽderet se verũ hoiem a deo querẽs auxiliũ. ¶ Ad tertiam respondet negando ꝓsequentiam. Et ratio est.qꝛ hoc fecit. vt dicit Chryso.volens nos erudire prohibere eos qui volunt nos ppter nos laudare si aũt ad dei gloriã refertur,non debemus prohibere sz magis iniũgere.vt hoc fiat sm illud Mar.v. Vade in domũ tuaz ad tuos.et annũcia eis q̃ta dominus tibi fecit.

D secũdaz questionez sic pceditur. Et videtur q̃ illi homines publicãdo miraculum christi peccauerunt.⁊ probat sic. ¶ Primo.quia deo est in omnibus obediendũ.sm illud Exo.xxiiij.Omnia que locutus est dñs faciemꝰ ⁊ erimus obedientes. sz isti non obedierũt pcepto xpi q̃ precepe rat eis ne cuiq̃ diceret.ergo ⁊c. ¶ Scdo sic.aut xps voluit fieri illud qd̃ dixit eis. an nõ.si voluit sequitur q̃ fecerunt cõtra preceptum eius⁊ sic peccauerunt.aut noluit.sequitur q̃ christus esset mendax vel duplex in verbo qd̃ est impossibile. ¶ In oppositum videtur q̃ non peccauerũt. quia nõ fuisset digni saluatiõe. ¶ Respondeo dicendum q̃ illi homines predicãdo miracula christi non peccauerunt. quia christus cum precepit eis vt non dicerẽt non intendit eos per virtutẽ precepti obligare.vt dicit gregorius ix.moralium.sed seruis suis sequentibus exemplũ dedit.vt qui quidem virtutes suas occultare desiderent.et tamen vt alij exemplo eorum pficiant. prodantur inuiti. Et sic patet responsio ad primum argumentũ. ¶ Pro responsione ad secũdũ est sciendũ q̃ in christo ponitur duplex voluntas sicut et duplex natura. Vna diuina.⁊ est duplex. vna signi.et altera beneplaciti. Voluntas enim beneplaciti est. qua vult aliquid simpliciter ⁊ absolute.et sic xps voluit miraculum publicari.q̃ contra voluntatem beneplaciti nihil fit. sed bene fit contra voluntatem signi. Alia fuit voluntas humana.⁊ sic christus voluit quodammodo.⁊ quodammodo noluit miraculũ publicari.qꝛ voluit ad dei gloriam. noluit autem vt ostenderet humanam laude

fugiendā.sicut enim sunt aliqua partim voluntaria ⁊ partim inuolūtaria.vt ꝯ in tertio Ethī.de eo qui proijcit merces in mari. vult ⁊ nō vult diuersis respectibus.qz nō vult absolute.vult tamen in tali casu positus ⁊c.

Dominica decimatertia est euangeliuz. In illo tpe.dixit iesus discipulis suis. Beati oculi q̄ vident que vos videtis. ⁊c. Luce.x. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima.vtrum sit verū qd dictum est apostolis.s. Beati oculi qui vident que vos videtis. ¶ Scda.vtruz in statu vie deus possit immediate a nobis amari. ¶ Tertio.vtrū modus de diligendo deum toto corde ⁊c. qui multiplicatur in precepto predicto possit in via seruari.

D primā questionez sic pcedit. Et videtur q̄ nō sit verū q̄ beati oculi q̄ vidēt que vos videtis. ¶ Primo sic. Job. xx. scribitur. Beati qui nō viderūt ⁊ crediderunt. ¶ Scdo sic. Aut loquitur de visione interiori per fidem. Et hoc nō.qz multi pphete ⁊ reges viderūt hoc modo visionis xpm. Vñ Job.viij. Abraham vidit diem meū ⁊ gauisus est. Non aūt de exteriori.qz exteriori visione etiā viderunt iudei sacerdotes ⁊ pharisei. Vñ Job. xv. de iudeis. Nunc aūt viderūt ⁊ oderunt me ⁊ patrē meū. sed oculi eorū nō fuerūt beati. ergo nec oculi apostolorū. ¶ Tertio. beatitudo dicit status omniū bonorū cōgregatione pfectus.sed epostoli vidētes xpm hic in terra nō psequebātur beatitudinez qz vt dicit Exodi. xxxiij. Nemo videbit deū ⁊ viuet.ergo nō erāt dicēdi oculi eorū beati. ¶ In oppositū est euāgeliū psens. ¶ Respōdeo dicendū.q̄ beatitudo est duplex. Una rei que psistit principaliter in aspectu ⁊ fruitione diuinitatis.⁊ ex psequēti in visione humanitatis xpi.⁊ sic habetur in patria. Alia est beatitudo in spe.que in psenti vita consistit.⁊ sic habet in via in viris excellētibus virtute.⁊ de ista loquitur hic. ¶ Scdo notandū q̄ sm quod duo oculi dicūt in homine.s. interiores ⁊ exteriores ita duplex dicit visio.scz visio interior que fit per internā spirationē.de qua ꝯ ad Eph.j. Deus det vobis spiritū sapiētie et reuelationis in agnitionē eius illuminatos oculos cordis vestri. De ista visione etiā dicitur Job. viij. Abraham vidit diem meū ⁊

gauisus est. ⁊ horum quidē oculi beati beatitudine spei. de quibus ait Joh. xx. Beati q̄ nō viderunt. scz corporaliter. ⁊ crediderunt. scz per fidē. ⁊ dilectionem operantē xp̄m incarnandū ⁊ passurū pro humani generis salute. Alia est visio pure corporalis q̄ cōis fuit apostolis ⁊ iudeis. ⁊ de ista nō loquitur. Aliqui aūt sunt qui vtraq̄ visione viderūt xp̄m. scz interiori visione fidei. ⁊ exteriori videntes eum inter homines conuersantem. et miracula soli deo ꝓpria operantem. Et de tali visione dicitur Johannis. j. Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti a patre. Vtrumq̄ enim modū videndi habuit iohannes ⁊ alij apostoli. qz cum eo fuerūt corporaliter cōuersati. ⁊ sic viderūt sensibiliter opera virtutē totius creature excedētia. sicut suscitatio mortuorū. illuminatio ceci. ⁊ ꝓsimilia ex q̄bus visu mētis perceperūt eiꝰ diuinitatē in carne latentē. Et hoc modo oculi videntes xp̄m beati sunt qui scz vt dicit magnus albertꝰ. sic xp̄m exterius aspexerūt q̄ interius diuinitatē per fidez in eo ex exterioribꝰ miraculis intellexerunt. Vel sic ecōuerso. qui scz interiora diuinitatis xp̄i intellexerūt vt eam vnitā humanitati quam videbāt crediderūt. ⁊ tali modo nūq̄ est visus nisi a presentibus deitatē ⁊ humanitatez eius cognoscētibus. ⁊ hoc est q̄ dicit. Beati oculi qui videt quevos videtis. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primā respondet q̄ non opponūtur. Unde est notandū q̄ dupliciter dicitur beatitudo etiam in via. Quedā rei que cōsistit in munere diuino. siue participatione diuini muneris. de quo q̄to alicui plus ꝓcedit. tanto beatior est. et sic quantum ad hoc dicitur hic. Beati oculi qui vident ⁊c. quia hoc munus gratie habuerunt. Alia est beatitudo spei que cōsistit. in merito. vnde ꝓm hanc tāto quis est beatior q̄to potest plꝰ mereri. plus autem meretur qui credit ⁊ non vidit q̄ qui videns credit. ¶ Ad secundā respōdetur. q̄ loquitur de visione vtraq̄. sicut dictū est. ¶ Ad tertiam respōdetur q̄ non loquitur de beatitudine patrie. sed de illa que dicit spei que habetur in via. Vel dicendū q̄ tales dicuntur beati ⁊ non prophete. quia ꝓphete aliqui viderunt xp̄m per fidem a longe prospiciendo. nō tamen viderunt eum presentem inter eos conuersando sicut viderūt apostoli. ⁊ ideo dicuntur beati. quia in eis fuit completuz quod antiquis patribus fuerat promissum.

D secūdā questionez. hic proceditur. et videtur q̄ non in statu vie possit immediate a nobis

amari. ¶ Primo sic. incognita amari non possunt. vt dicit augustinus. x. de trinita. Et phs. ix. Ethicorum. sed nos in statu vie non videmus immediate deum. qz non per essentiam. sed per speculuz in enigmate. vt dz. j. Cor. xiij. ergo necipsuz immediate p essentiā amare possumus. ¶ Secundo sic. Cognitio patrie excedit cognitionem vie inq̃tum homo videt in patria deum p essentiam si ergo in via homo immediate per essentiam amaret deū caritas patrie non excederet caritatem vie. qd̃ est falsum. ¶ Tertio. homo a deo disiungitur per peccatum. fm illud Ysa. lix. Peccata vestra diuiserunt inter vos et deum vestrum. sed peccatum magis est in volūtate q̃ in intellectu. ergo minus homo potest in statu vie diligere deum immediate q̃ immediate eum videre. ¶ In oppositum est euangeliuz presens. vbi dicitur. Diliges dominum deum tuum. ꝛc. ¶ Secūdo sic. cognitio vie per hoc q̃ est mediantibus creaturis dicitur enigmatica. ꝛ euacuat in patria j. Cor. xiij. Sz caritas nunq̃ excidet. vt ibidem dicit apostolus ergo caritas non diligit deū mediante creatura. sed immediate deo adheret. ¶ Respondeo dicēdum sub ista cōclustone. q̃ deus in statu vie imediate potest amari ꝛ amatur a sanctis. Unde augustinus in libro confes. Ue illis qui diligūt nutus tuos p te. Nut? autez diuini dicuntur participatio diuine bonitatis i creatura. ergo deus a sanctis amatur in statu vie immediate. non scōm q̃ eius bonitas in creaturis participatur. Pro qua conclusione notandum iuxta sanctum thomam in tertio (iij. sen. distin. xxvij. q. iij. articu. j.) q̃ in potentijs ordinatis ita est. q̃ vbi terminatur operatio prioris potentie. ibi incipit operatio sequentis. sicut patet q̃ sensus terminatur ad imaginationem qui est motus factus a sensu fm actum intellectus et in termino imaginationis incipit. quia fantasmata accipit pro obiecto. vt dicitur tertio de anima. et ideo illarum reruz que non habent fantasmata cognitionem non potest accipere nisi ex rebus quarum sibi repzesentatur fantasmata. vnde in statu vie in qua accipit a fantasmatibus non potest immediate videre. sed oportet q̃ ex visibilibus quoruz fantasmata capit in eius cognitionem deueniat; q̃uis autem ipsam dei essentiam non videat immediate. tamen cognitio intellectus ad ipsum deum terminatur. quia ipsum esse ex effectibus comprehendit. vnde operatio voluntatis circa ipsum deum immediate esse potest. nullo modo interneniente quod ad voluntatem pertineat. multis tamen medijs precedentibus ex parte intellectus quibus in deum cognoscē-

dum peruenit. ¶ Ad rationes in oppositu. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia quis incognita amare non possumus. oportet enim q̃ amor sit cogniti aliqualiter. tamen nõ oportet q̃ sit idẽ ordo cognitionis ⁊ dilectionis. nam dilectio est cognitionis terminus. ⁊ ideo vbi definit cognitio scz in ipsa re que per aliã cognoscitur ibi statim dilectio incipere potest. ⁊ ita illud quod cognoscitur in alio potest in seipso amari. ¶ Ad secundam respondetur. negando consequentiaz. Et ratio est. qz q̃to bonum pleniꝰ cognoscitur. tanto magis est amabile. ⁊ precipue illud bonum qõ est finis. et in quo non inuenitur aliquid quo offendatur affectus et ideo qz deus pleniꝰ cognoscitur in patria q̃ nunc etiaz pleniꝰ amabitur. sed ista diuersitas ex parte cognitionis erit per id qõ est proprium cognitioni. scilicet cognoscere p se. ⁊ in alio. ⁊ ideo non erit vnius ratiõis cognitio vie et patrie. in affectu autẽ erit per diuersitatez non eius per qõ ad eam pertineat. sed per diuersitatem cognitionis. ⁊ tamẽ erit eadem ratio amoris. sed differt amor per maius et per minus. ¶ Ad tertiam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia per caritatem tollitur auersio a deo que est per peccatum. non autez per solam cognitionez. et ideo caritas est que diligendo animaz immediate deo cõiungit spũali vinculo vnionis.

D tertiaz questionẽ. vtrꝰ modus ille de diligendo deũ toto corde qui implicatur in precepto ꝑdicto possit in via seruari. sic probatur. (iij. sen. di. xxvij. q. iij. arti. iiij.) Et videtur q̃ non possit in via obseruari. ¶ Primo sic. Nõ possumus in hac vita sine peccato manere. ſ. Jo. j. sed cum quis peccat non diligit deuz toto corde. ergo illud preceptum non potest totaliter in via adimpleri. ¶ Secõdo sic. nõ potest simul ad multa se habere. sed oportet duz in hac vita sumus. q̃ corpbus temporalibꝰ aliquãdo apponamus. ergo nõ potest homo in hac vita toto corde diligere. ¶ Tertio sic. non potest deꝰ a nobis totaliter diligi. ergo per cõsequens toto corde nõ possumus diligere. cõsequẽtia videt bona antecedens patet. Deus non potest intellectu comprehẽdi vt totaliter videatur. ergo non potest comprehẽdi affectu vt totaliter diligatur. ꝓsequẽtia est bona. qz amor sequitur cognitionẽ. ¶ In oppositũ est euangeliũ ꝑsens. Dicit enim Piero. Qui dicit deum aliquid impossibile ꝑcepisse homini anathema sit. sed hoc deus precepit omnibꝰ in statu vie eri

stentibus.ergo hereticū est dicere ꝙ predictum preceptum non possit in via obseruari. ¶ Respō deo dicendum iuxta sanctū tho. (iij).sen.vbi.s.) ꝙ totum ⁊ perfectum idez est.vt philosophus dicit. Ratio autem perfecti in hoc cōsistit.vt nihil ei desit. Sz hoc cōtingit dupliciter. aut ita ꝙ nihil desit eorum que natū est habere.aut ita ꝙ nihil desit eorum que dz habere Sicut aliquis hz perfectam ꝓtitatē ꝓtum requirit humana natura.et si non habeat ꝓtitatē gigantis quā possibile est esse in humana natura. ¶ Prima ergo perfectio humane nature est in statu glorie.quā do homo habebit totū hoc quod possibile est esse ī humana natura. Sz scda pfectio est nature cōdite quādo scz homo habeat totum hoc qd debebit habere fm tempus illud Et fm hoc etiā duplex totalitas in dilectiōe dei attēditur. Una qua nihil deerit de his que potest homo expendere in amorem dei quin in dilectiōe ponat. Et de hac prima totalitate ponitur ista cōclusio. ꝙ hec q̄ dez perfectio siue totalitas non precipitur vt facienda.sz magis ostenditur vt sciatur quo perueniendum est. vt dicit aug.sed sic implēt in patria . qr ibi mēs fertur in deum totaliter ⁊ pfecte ꝓtum sibi est possibile.et sine aliqua interruptione.Alia autē est totalitas fz quā nihil homo subtrahit de his q̄ dz ponere fm tēpus illud in amore dei.⁊ hec totalitas excludit omne qd est cōtrariū repugnās dilectioni diuine.non autē id quod ad tempus actum dilectionis intercipit. qr semper agere fm actuz virtutis nō est nisi eorum qui sunt in statu beatitudinis. que perfectio felicitatis est in opatione.perfectio virtutis est ī habitu. ⁊ ista adimplēt in via quando nihil diligit cōtra deum. Ista enim perfectio est que debet inesse ex debito necessitatis . vtputa ꝙ diligat de toto corde.i.intellectu sine errore.quod non faciunt infideles ⁊ fortilegi. Tota anima.i.volūtate sine contradictione.quod non faciunt qui post concupiscētias suas currunt. Ex omnibus viris suis.i.operibus que explentur p vires anime et corporis.qd non faciunt qui mēbra sua exhibent seruire iniquitati ad iniqtatez. Et tota mente.i. iugi memoria. qd non faciūt cupidi et auari.qr vbi est thesaur⁹ tu⁹ ibi ⁊ cor tuū. Albertus. sic ex toto corde diligē.vt mot⁹ vite ad ipm referas. Ex tota anima. vt intelligentiaz et voluntatem et memoriam cū corporalibus organis ad ipsum conuertas. Ex omnibus viribus vt nihil tibi de viribus tuis retineas vel attribuas tibi. Ex omī mente tua. vt omnia ordines caritatis ordine.vt nihil inordinatum relinquas. Sic enim attingit caritas a fine vsqz ad finem fortiter ⁊ disponit oia suauiter.

In domini ca.xiiij. ē euā gelium. Dum iret hiesus in hierusalē ꝛc. Luc.xvij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.

¶ Prima. vtrūz ad sanandum lepram peccati sit necessarium cōfiteri sacerdoti. ¶ Scda. vtrum nouem leprosi nō reddentes gratias christo de eorum curatione peccauerunt mortaliter.

D primaz questionez sic pceditur. Et videtur q̃ ad sanandum lepram peccati non sit necessarium confiteri sacerdoti

¶ Primo sic. curatio lepre peccati precedit confessionez. vnde in euangelio dicitur. q̃ isti decē leprosi dum irent ad ostendendū se sacerdotibus mundati sunt. ꝛ ita anteq̃ se ostenderent. ergo videtur q̃ ad curationez lepre peccati confessio non sit necessaria. ¶ Secūdo sic. aliquibus est peccatum dimissum sine hoc q̃ confessi leguntur. sicut patet de petro ꝛ maria magdalena. etiā de paulo. sed nō minoris efficacie est gratia remittens peccatum nunc q̃ tunc fuerit. ergo nec nūc est de necessitate salutis confessio. ¶ Tertio sic. Dato q̃ necessarium sit confiteri. non videtur q̃ sacerdoti. penitentia enim est sacramentum necessitatis sicut ꝛ baptismus. sed in baptismo propter sacramenti necessitatez est minister quilibet homo. ergo in penitentia sufficit cuilibet confiteri. ¶ Quarto sic. ad confessionem non obligamur nisi ex diuina institutione. sed diuina institutio nobis pponitur Jacobi. v. Confitemini alterutrum peccata vestre. vbi non fit mentio de sacerdote. ergo etiam si confitiduz est. non est necessarium confiteri sacerdoti. ¶ In oppositum est euangelium presens. vbi dominus decem leprosis precepit se presentari sacerdotibus. vbi ponitur signum mundationis lepre peccati per sacramētum penitentie. ergo videtur q̃ solis sacerdotibus fit fienda confessio.

¶ Respondeo dicēdum sub duabus cōclusionibus. ¶ Prima est q̃ confessio est de necessitate salutis ei qui peccati mortalis lepram incurrit. Ista conclusio declaratur iuxta sanctum thomam (iij. sen. di. xvij. q. iij. arti. j. q. j.) Passio christi sine cuius virtute nec actuale nec originale peccatum dimittitur in nobis operatur per sacramentorum susceptionem que ex ipsa efficaciam habent. ꝛ ideo ad culpe remissionem ꝛ actualis et originalis re-

quirtur sacramentum ecclesie. vel actu susceptum vel saltez voto.quando articulus necessitatis non contemptus sacramentum excludit.et per consequens illa sacramenta que ordinantur contra culpā cum qua salus esse non potest.sunt de necessitate salutis. Et ideo sicut baptismus quodeletur peccatum originale est de necessitate salutis.ita⁊ penitentie sacramentum. Sicut autem aliquis per hoc ꝙ baptismum petit se ministris ecclesie subijcit ad quos pertinet dispensatio sacramēti.ita etiā p hoc ꝙ confitet̄ pcm̄ suū se ministro ecclesie subijcit.vt p sacramētū penitentie ab eo dispensatum remissionem consequatur qui congruum remedium adhibere non potest nisi peccatum cognoscat. quod fit per confessionem peccantis.⁊ ideo confessio est de necessitate salutis eius qui in peccatum mortale cecidit. ¶ Secūda conclusio.ꝙ necessario sacramentalis confessio facienda est sacerdoti si adest vel haberi potest. Probatur cōclusio. (vbi.s. ar.iij.q.j.) Absolutio penitētis propter quam fit confessio nō pertinet nisi ad sacerdotes.quibus claues ecclesie cōmisse sunt ergo confessio debet fieri sacerdoti. Preterea sic gratia que in sacramentis datur a capite in mēbra descendit. et ideo solus ille est minister sacramentorum in quibus gratia datur.qui habet ministerium supra corpus christi verum. quod solius sacerdotis est.qui consecrare eucharistiam potest. et ideo cum in sacramento penitentie gratia conferatur solus sacerdos est minister huius sacramenti. ⁊ ideo soli facienda est sacramentalis cōfessio que ministro ecclesie fieri debet.diximus si adest vel haberi potest. quia alias confessio fieret laico. vt infra dicetur.

¶ Ad rationes in oppositum.

¶ Ad primam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia cum irent ad ostendendum se sacerdotibus. iam propositum intelligebantur habere confitendi.Et hoc sufficit.sicut dictum est. ¶ Ad secundam respondetur dupliciter. Primo quia licet illorum non legatur confessio potuit tamen esse multa enim sunt facta que non sunt scripta. ¶ Secundo. respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia non est idem de alijs ministris ecclesie et de christo.christus enim habuit potestatem excellētie in sacramentis. Unde sine his que ad sacramentum pertinent potuit et potest rem sacramenti conferre.

¶ Ad tertiam respondetur.negando consequentiam.regulariter tamen in casu necessitatis conceditur. Unde sicut baptismus est sacramentum necessitatis.ita et penitentia. Baptismus autem quia est sacramētū

necessitatis. habet duplicē mini
strū vnū cui ex officio baptizare
incumbit. sicut sacerdotē. ⁊ aliū
cui ratione necessitatis dispen
satio baptismi committit. et ita
etiam minister penitētie cui cō
fessio est faciēda ex officio est sa
cerdos. sz in necessitate etiā lai
cus vicez sacerdotis supplet. vt
ei ꝓfessio fieri potest Vñ de pe.
dis. vj. dz. Tanta est vis ꝓfessio
nis. vt si sacerdos deest cōfiteat
homo primo suo qui lz ptātem
absoluendi nō habeat. efficitur
tamen dign⁹ venia ex desiderio
sacerdotis. ¶ Ad quartaz respō
detur. negando consequentiaz.
Et ratio est. qz Jacobus loquit
ex suppositiōe diuine institutio
nis. ⁊ qz diuinitus institutio pre
cesserat de cōfessione sacerdoti
bus faciēda per hoc ꝙ eis pote
statez remittēdi peccata in apo
stolis dedit. vt patet Job. xx. Et
ideo intelligendū est ꝙ iacobus
ꝓfessionē esse faciendā sacerdo
tibus monuit in verbis ꝑdictis.

D secūdā
questionē sic
procedit. Et
videtur ꝙ le
profi non re
deūtes ad dā
dum glo iam
deo ei gratias referendo de cu
ratione eorum non peccauerūt
mortalit ¶ Primo sic. Quia in
gratitudo non semper est pecca
tum mortale. vtpote. qñ ꝓcedit
ex quadaz negligētia. aut ex alia
qua indispositione hominis ad
virtutem. isti autem potuerunt
aliqua huiusmodi occasione non
redi re adoandum gloriam deo.
ergo non videntur peccasse mor
taliter. ¶ In oppositum videtur
euangelium. ꝙ illos nonez vide
tur reprobare de hoc. ¶ Respon
deo dicendum. nostro iudicio ꝙ
illi peccauerunt mortaliter quo
niam in illa eorum negligentia
videntur incurrisse ingratitudi
nis vitium. non recognoscētes
beneficium susceptum. nec lau
dantes et glorificantes dominū
quem magnis clamorib⁹ et poe
cibus ꝓpulsarunt vt eorum mi
sereret sanādo eos a lepra. Hi
sunt sicut illi de quib⁹ dicit apo
stolus ad Roma. j. Nō sicut deū
glorificauerūt aut gratias egē
runt. quo circa meruerunt de su
scepto beneficio ꝑuari. nisi quia
dominus altissimus benign⁹ est
super ingratos et malos. Luce
vj. ¶ Ad rationes in oppositum
respondetur. ꝙ ingratitudo illa
videtur precessisse non ex simpli
ci quadam negligentia. sed ex in
teriori cōtēptu gratie suscepte.
creduntur enim fuisse decepti a
sacedotibus quibus se presenta
uerūt. qui doctrine christi ⁊ mi
raculis detrahebant et ꝑm eorū
informationē attribuebant sua
sanationem obseruationi legis.
et non virtuti christi. lz a princi
pio fideliter et deuote postulas
sent ab eo sanari.

In domini ca.xv.est euā geliū. Nemo potest duob' dominis seruire ꝛc. Matthei.vj. Circa qd possūt hec d ispūtari.

¶ Primo. Utrum homo potest duobus dñis seruire. ¶ Secdo. vtrum potest quis deuz odio habere. ¶ Tertio. vtrū omnis sollicitudo temporalium sit prohibita.

D primaz sic pceditur. Et videtur q̄ homo potest seruire duobus dñis. ¶ Primo sic. Quis potest sibi ꝓstituere duos fines temporalem ꝛ eternum. non referendo vnum ad alterum. ergo ꝛc. ꝓsequentia videtur bona. qz inde non potest duobus dñis seruire. qz non potest simplicitas ꝛ vnitas intentionis anime manere. antecedens probatur multipliciter. Primo sic. Nihil prohibet eundem motum esse gratie et nature. sicut diligere. qz beneficus qd respicit naturam. et diligere quia bonus quod respicit gratiam. ergo nihil ꝓhibet eundem actum referri ad finem nature et finez gratie. sed finis nature semp est in creatura. finis gratie in creatore. vnius ergo et eiusdem actus poterunt cōstitui duo fines. non referēdo vnū ad alterum. ¶ Secundo sic. Lūratio sit vna potentia habēs partem superiorem et inferiorem ratione superioris potest moueri in deum. ratione iferioris que ꝓiuncta est sensualitati in id qd est necessariū. ita tū q̄ nec hunc finem ponat ordinatū ad aliuz. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Potest qs ire ad sanctum Jacobū ex voto facto ex caritate. Itē potest ire ex naturali pietate ad videndum fratrem suū. ergo eadē actio potest esse ex caritate et ex naturali pietate. sed caritas referr̄ ad finem eternuz. naturalis pietas ad finem temporalez. ergo sunt duo fines vnius actiōis. temporalis scz et eternus. ¶ In oppositum est euangelium presens. Unde Augustinus in sermone domini de monte. exponēs illud Si oculus tuus fuerit simplex ꝛc. Nisi cor simplex fuerit. mundum non erit. simplex autē quomodo erit si duob' dñis serviat nec vna intentione rerū eternaz purificet actionem suaz. sed eā mortaliuz rerum amore obnubilet, non potest ergo mundum et simplex cor esse si diuidatur intentio. ꝛ ꝓstituatur duo fines in temporalibus ꝛ eternus. ¶ Rñdeo dicendum iuxta Albertum magnum. q̄ nemo. id est. nullus homo cum sit vnus ꝛ omnia sua tam in corpe q̄ in anima reducantur ad vnum. potest esse diui

sus in duos dominos Sicut enim
vnum membrum non est duorũ
corpor. nec vna auis facit duos
nidos. nec vn⁹ bos in duobus tra
hit agris. sic nec vnus indiuisus
homo duobus dominis seruire
potest. duobus dicit ecce in quo
notatur domini diuersitas vnde
vterq; terminus est formalit̃ ac
cipiend⁹. Duo enim formaliter ac
ceptum p̃ncipium est alteratis.
sicut dicit Pythagoras. eo q̃ est
primus recessus ab vnitate. Do
mini aũt formaliter sunt domi
ni forma dominationis differẽ
tes. ⁊ horum vnus non est sub al
tero. qr quorvnus est sub altero
mat eraliter sunt plures. et fm
formam domini sunt vnus sol⁹.
duo ergo formaliter dñi non cõ
ueniunt in legibus ⁊ p̃ceptis ⁊ si
vnus est vrbane potestatis in p̃
ceptis. alter est tyrannus. ⁊ ideo
dicit glosa de contraria operan
tibus dñis. ¶ Pro respõsione ad
argumenta iurta Alexandrũ de
halis. in. iij. est notandũ. q̃ cõsti
tuere duos fines scz temporalẽ
et eternum cõtingit ita q̃ sint or
dinati vt vn⁹ ꝓpter aliũ. hoc cõ
tingit dupliciter. ita q̃ ponatur
eternum finis vltim⁹ temporale
vero finis ꝓrim⁹. vel ecõuerso.
vel ita q̃ nõ sint ordinati sz vtrũ
q̃ p̃ncipaliter intendat̃ t ẽpora
le ⁊ eternũ. Si ponatur eternus
finis vltimus. et tẽporale finis
ordinatus ad finem. distinguũt
alij sic. qr aut est actio spiritua
lis aut corporalis. si spiritualis
vt predicatio ⁊ oratio. et huius
modi. non potest referri ad tem
poralem finem. veluti ad pecu
niam. et per consequens ad fi
nem eternum. scilicet deum. vi
fas non esset vt aliquis predica
ret aut celebraret diuina isto fi
ne vt acquireret temporalia de
quibus sustentaretur ad seruitiũ
dei. Si vero sit actio tẽporalis
sicut est laborare in vinea. dicit
q̃ potest referri ad finem tempo
ralem. dũ tamen referatur post
modum ad deum. vt fodere in vi
nea ad pecuniam acquirendam
qua sustentetur ad seruitiũ dei.
Si aũt ecõuerso finis ꝓrimus
ponatur deus ⁊ finis vltimus tẽ
porale puerilissimũ est nam vt di
cit Augustin⁹. Humana puerili
tas est fruendis vti. hoc est diui
na ad alium finẽ referre. Et fm
hoc exponit̃ illud Ecc̃. ij. Ve in
gredienti terram duab⁹ vijs. di
cit glosa. Duab⁹ vijs ingiditur
qui quod dei est opere exhibet.
et quod mũdi est cogitatione que
rit. Si vero constituant̃ duo fi
nes cõp̃ncipales. temporale ⁊
eternum accidit peruersitas de
qua dicit Augusti. q̃ puerilitas
est vtendis frui. hoc est tempora
lia quibus vtendũ nõ referre ad
eterna quib⁹ fruendũ est fm hoc
accipitur illud. Ecc̃. j. Nõ acces
seris ad illũ duplici corde. ⁊ illũ
Jacobi. j. Vir duplex animo in
constans est in omnib⁹ vijs suis.
glosa. Duplex est animo qui vult
gaudere cũ seculo ⁊ vult gaude

re cū deo. Istis habitis. dicēdus est argumenta singula. ¶ Ad primam rūdetur. negando cōsequētiam. Et ratio est. qz motus nature ordinatur ad motum gratie. gratia enim pfectio nature est vnde in ordine quodam se habent natura ⁊ gratia. Unde ad illud quod dr. finis nature est in creatura. intelligendum est. qꝯ aliter quide finis est in creatura. ⁊ aliter finis voluntatis puerse. volūtas enim peruersa ꝓponit finem in creatura excludendo finem summum. natura aūt ponit finē summum in creatura ordinabilē ad finem summū. nō ergo erit simile de motu nature ⁊ gratie ⁊ motu voluntas in finem temporalē et eternum. ¶ Ad secdam rūdetur negando cōsequentiam. Et ratio est. qz ratio non potest ordinate moueri si ꝑz deliberationē equaliter constitueret finem deum. ⁊ id qd est nature necessarium. nā motus iferioris partis rationis debet ordinari ⁊ seqni motum superioris ptis rationis. qz aliter puertetur ordo. ¶ Ad tertiam rūdetur negando cōsequentiā. Et ratio est. qz cum ratio deliberat de fine naturalis pietatis ⁊ de fine caritatis. ad hoc qꝯ sit ordinatus motus et meritorius. necesse est vt finis principalis sit finis charitatis. bene potest tamen finis pietatis naturalis scilicet visio fratris apud sanctū Jacobū esse causa acceleratiōis motus non tamen ex hoc constituetur duplex finis principalis.

D secūdam questionem sic procedit (iiij. sen. dis. l. q. ij. ar. j. q. v.) Et videtur qꝯ homo deū odio habere nō possit. ¶ Primo sic. dicit Dionysius de diuinis nominibus. qꝯ omnibus amabile ⁊ diligibile est primum bonū et pulcrum. hoc autem deus est. ergo a nullo odio habet. ¶ Secdo sic. Nullus potest ipsam bonitatem odio habere. sicut nec maliciam velle. malum enim est omnino inuoluntarium. vt dicit Dionysius quarto de diuinis nominibus. Deus autem est bonitas ipsa. ergo nullus potest eum odio habere. ¶ Tertio sic. Odium est auersio quedam. sed sicut dicit Dionysius ꝑmo capitulo de diuinis nominibus Deus omnia ad seipsū conuertit. ergo nullus eum odio habere potest. ¶ In oppositū est euangeliū presens. Et illud. ps. Superbia eorum qui te oderūt ascendit semper. Et iohānis. xv. Nunc autem ⁊ viderunt et oderunt me ⁊ patrē meū. ¶ Respondeo dicendum iuxta sanctū Thomam. Odium est motus appetitiue potentie que non mouetur nisi ab aliquo apprehēsio. Deus autem dupliciter apprehēdi potest ab hoie. Uno mō ꝓm seipm puta cum per essentiam videtur.

Alio modo per effectus suos.cū
sez inuisibilia dei per ea que fa-
cta sunt intellecta cōspiciūtur.
Ista distinctione posita.sit ista
prima conclusio.Deus in seipso
odio haberi non potest.quoniaz
ipse per essentiam est ipsa boni-
tas.quam nullus odio habere
potest.quia de ratione boni est
ꝙ ametur.vnde impossibile est
ꝙ aliquis videns deum per es-
sentiā eum odio habeat. ¶ Se-
cundo potest comprehendi per
effectus suos.et quia eozum ali
qui sunt qui nullo modo possunt
esse contrarij voluntati humane
sicut sunt esse viuere ⁊ intellige
re. Est conclusio secunda iuxta
albertum ꝙ cum deus sit princi
pium dans esse et continens in
esse.et gubernans ad optimum
sue nature vnūquodqz.⁊ cuz oia
appetant esse sicut et bonum a
nullo potest haberi odio.sed in
ista cōsideratione omnia aut na
turali aut animali aut intelle-
ctuali motu amant deuz. Sunt
autem quidam effectus dei.qui
repugnant inordinate volunta-
ti. sicut inflictio pene.et etiam
cohibitio peccatozum per legē
diuinam.que repugnant volun-
tari deprauate per peccatuz. Et
sic est tertia ꝛclusio. Et ꝑm hanc
consideratione talium effectuū
ab aliquibus deus odio haberi
potest.incōptum scilicet apprehē
ditur peccatozum prohibitoz ⁊
penarum inflictoz. ¶ Ad ratio-
nes in oppositum. ¶ Ad primaz
respondetur.ꝙ dictum dionysij
de appetitu naturali intellig.
quia tamen in damnatis per
titur per id quod additur et de
liberata voluntate. Vel dicen
dum.ꝙ ratio illa procedit ēt
ad illos qui vident dei essentia
que est ipsa essentia bonitatis.
¶ Ad secundā respondetur eo
dem modo. ¶ Ad tertiam resp
detur.ꝙ deus conuertit omnia
ad seipsum.incōptum est essentia
principium.quia omnia incōpta
sunt.tendunt in dei similitudi
qui est ipsum esse ⁊c.

D tertiam
sic procedit
Et videtur q
non omnis so
licitudo tem
poralium sit pro
hibita. (Iam
declarat.ij.ij.q.lv.art.vj.⁊.vij.)
¶ Primo sic.ex illo Luc.decim.
Martha sollicita es erga plu
rima. ¶ Secūdo ex illo ad Ro
rij. Qui preest i sollicitudine ⁊c.
¶ Tertio.ex illo.j.Loz.vij. Qui
cum vxore est.sollicitus est que
sunt mundi quomō placeat vxo
ri. ¶ In opposituz est euangelium
presens. ¶ Respondeo iuxta do
minuz albertū dicendum ꝙ do
plex est sollicitudo. Una est sol
focans.⁊ est quando vitalis spi
ritus qui in nobis lucet fide.et
calet caritate sollicitudine pre
sentis seculi sic stringitur vel ex
tinguitur ꝙ ad deum se extendere

re non potest nec vehere virtutē ad obsequiū xpi.nec spirare auras spūsancti. tunc fit omnino quod dicit Mat.xiij.q̄ verbum inter spinas cadēs a sollicitudinibus ⁊ curis seculi suffocat.⁊ nō fert fructū. Et hec sollicitudo est q̄ tanta cura mundanorū habetur.q̄ lucra mundana preponūtur diuinis.⁊ hec sollicitudo hic interdicit. ¶ Alia est sollicitudo spiritū vitalem nō stringens nec operiens vt extinguat sed potius dilatans.vt ille qui tot' ascēdit p deuotionē ad deū dilatatur in prouidentia cōmissorum.⁊ hoc modo dicit ad Roma.xij. Qui preest in sollicitudine ⁊c.⁊ hec nō interdicitur. sed cōceditur.⁊ illis quibus incumbit precipitur.j.Thi.v.Qui suorum ⁊ maxime domesticorū curam nō habet ⁊c. Est etiam sollicitudo circa temporalia bona. non tanq̄ circa finem vltimus ⁊ principalia bona.sed sicut circa organa ⁊ instrumēta perueniendi ad consequendus spiritualia bona.et talis sollicitudo est licita.sicut illa que fuit marthe. Ex his patz responsio ad obiecta.

Dominica decimasexta est euangeliū Ibat iesus in ciuitatē quedam ⁊c. Luc. septimo. Circa quod mouetur tale dubium.

Trum hoc miraculū quo resuscitauit filius vidue fuerit sufficiēter ostensiuū diuinitatis xpi sive q̄ xps esset verus deus. Et videtur q̄ nō.(Nam vt arguit.iij. par.q.xliij.ar.iiij.) ¶ Primo sic. esse deum ⁊ hoiem est ppriū xpi sed alijs multis tam veteris q̄ noui testamenti sctis commune fuit resuscitare mortuū.ergo illa resuscitatio mortui non fuit sufficiēs ad ostendendū diuinitatez xpi. ¶ Scdo sic.virtute diuinitatis nihil est maius.sed alii qui fecerūt maiora miracula q̄ xps.Dicitur enim Job.xiiij.qui credit ī me opera que ego facio ⁊ ipse faciet ⁊ maiora horum faciet.ergo videtur q̄ hoc miraculum nec alia que xps fecerit fuerunt sufficiētia ad ostendendus diuinitatez xpi. ¶ Tertio sic. ex particulari nō sufficiēter ostēditur vniuersale.sed istud miraculum fuit quoddā pticulare opus ergo ex illo nō sufficiēter demōstrata est diuinitas xpi. ¶ In oppositū est euāgeliū.in quo ex magnitudine miraculi dicit.q̄ accepit omnes timor.scz admirationis.⁊ glorificabāt deum. Itē patz ex illo Job.v. Opera que dedit mihi pater vt faciam ipsa testimoniū perhibent de me. ¶ Respondeo dicendū sub ista conclu

fione. Miraculū hoc quod xp̄s fecit sufficiēter ostendit diuinitatem xp̄i siue xp̄m esse. Ista cōclusio ptz. quia suscitatio mortui fm ipsam speciē operis transcendit omnes potestatē create virtutis. ⁊ ideo nō poterat fieri nisi virtute diuina. ¶ Scdo ptz ꝓpter modum obseruatū in faciendo hoc miraculū. quia non orando sed imperādo ꝓpria virtute fecit. Unde dicit Luce. vj. q̄ virtus exibat de illo ⁊ sanabat omnes. Per hoc ostenditur sicut dicit cyrilus. q̄ nō accipiebat alienā virtutē. sed cum esset naturaliter deus ꝓpriam virtutem super infirmos ostēdebat. Alij aūt sancti qui fecerunt miracula faciebāt hec implorādo diuinā potentiā ⁊ clementiā. nō imperando. ⁊ si aliquando in talibus imperabant hoc non erat propria virtute. sed exprimendo virtutē christi tanq̄ ministri et nō domini. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primā respondetur negando ꝓsequentiā. Et ratio est. quia xp̄s operat' est hoc miraculū ⁊ alia propria virtute quod nō fecerunt alij. sed virtute diuina. Unde quisq̄ alius homo aliquid horum fecit. ipso faciente fecit. hoc autem ipse non alijs facientibus fecit. vt dicit augustinus. ¶ Ad secundam respondetur. negādo ꝓsequentiā. Et ratio est. quia ly xp̄s dederit apostolis potestatem miracula faciendi ⁊ maiora q̄ ipse fecerat per seipsum. maximus enim inter miracula xp̄i fuit q̄ ad tactum fimbrie eius sanabantur infirmi. vt habetur matthei. ix. Sed de petro legitur Actū. v. q̄ ad eius vmbrā sanabātur infirmi. maius autem est q̄ sanat vmbra q̄ fimbria. non tm apostoli fecerunt miracula virtute propria. sed virtute xp̄i. ⁊ ideo ratio non procedit. ¶ Ad tertiā respōdetur etiam negando ꝓsequentiam. Et ad ꝓbationē respondetur. q̄ quando aliquod particulare opus propriuz est alicuius agentis. tunc per id particulare opus probatur tota virtus agentis. sicut cum ratiocinari sit proprium hominis. ostēditur aliqs esse homo ex hocipso q̄ ratiocinatur circa quodcūq̄ particulare propositū. Et similiter cū propria virtute miracula facere sit solius dei. sufficiēter ostensum est xp̄m esse deum ex quocunq̄ miraculo. qd̄ ꝓpa virtute fecit.

In dominica decima septima est euāgelium. Cum intrasset iesus domū ⁊c. Luce. xiiij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. vtrum appetere prelationem sit peccatum. ¶ Scdo. vtrum ambitio sit peccatum.

D primaz questionē sic pceditur. Et videt q̃ appetere prelationem vt episcopatum sit licitum ⁊ non sit peccatum. ¶ Primo sic.dicit.j. Thi.iij.Qui episcopatū desiderat bonū opus desiderat.sed licitum ⁊ laudabile est bonuz opus desiderare.ergo licitū est desiderare prelationē siue episcopatū. ¶ Scdo.sic stat⁹ episcoporuz est perfectior q̃ status religiosorū sed laudabile est q̃ aliquis desiderat est statum religiosoz transire.ergo etiam laudabile est q̃ aliquis appetat ad episcopatū vel prelationē ꝓmoueri. ¶ Tertio sic.facta sanctoz que in scriptura narrant ꝓponūtur nobis in exemplū. sed legit Ysa. vj.q̃ ysaias se obtulit ad officiū predicationis.qd̄ precipue cōuenit prelatis.ergo videt q̃ appetere ꝓlationē siue episcopatū sit laudabile.⁊ ita nō sit peccatū. ¶ In oppositū est euāgeliū ꝓsens.vbi dñs reprehēdit eos q̃ primos accubit⁹ eligebāt. Scdo est illud quod dicit augustinus.ix.de ciuitate dei. Locus superior sine quo populus regi non potest.et si administret vt decet.tamen indecenter appetitur. ¶ Respondeo dicendum iuxta sanctū thomaz in scda scde.(qōne. clxxxv. art.ꝓmo.)q̃ in episcopatu tria possunt cōsiderari.quorum vnū est principale et finale scilz episcopalis operatio qua vtilitati proximorum intendit. ꝓm illud Jobis vltio. Pasce oues meas. Aliud est altitudo gradus.quia episcopus siue ꝓlatus sup alios constituitur.ꝓm illud Luce.xij. Fidelis dispensator ⁊ prudens quem constituit dominus super familiam suam.Tertium autez est.q̃ consequenter se habet ad ista.scilicet reuerentia ⁊ honor et sufficientia temporalium.ꝓm illud.j. ad Thi.q̃nto. Qui bene presunt presbyteri duplici honore digni habeantur.qua consideratione habita respondetur per conclusiones. ¶ Prima est.appetere episcopatum ratione huiusmodi circūstantium honorū. scilicet reuerētie honoris ⁊ sufficentie temporaliū est illicitz Ptz.qz hoc pertinet ad cupiditatem vel ambitionē.Unde cōtra phariseos dominus ait mathei.xxiij.Amant primos accubitus ī cenis.⁊ ꝓmas cathedras in synagogis.salutationes in foro.⁊ vocari ab hominib⁹ rabbi. ¶ Secunda conclusio q̃tum ad secundum scilicet ad celsitudinem gradus.Appetere prelationem siue episcopatum est illicitum et peccatum. Ptz quia hoc est presumptuosum.ptz.Nullus debet appetere supra suas vires non sibi proportionatū.aliter enim esset stultus.Oratius.

Qui nescit campestribus abstinet ab armis sed ad episcopatū nullꝰ est idoneus. nisi qui ꝓm gradum et conuenientiam omnes alios excedit in conuersatione ⁊ contemplatione. ita vt in conspectu sui alij sint grex. Unde hāc idoneitatez de se presumere maxime superbie est. Unde dominus Matthei. xx. arguit discipulos primatum querentes dicens. Scitis quia principes gēntium dominātur eorum ⁊c. Ubi Chriso. dicit. Per hoc ostendit ꝙ gentile est primatus capere. ⁊ sic gentium comparatione eorū alias conuertit. ¶ Tertia cōclusio. Appetere primis prodesse est ꝓm se laudabile et virtuosum verum quia hoc prout est episcopalis actus habet annexam gradus celsitudinem. ¶ Est conclusio quarta ꝙ videt presumptuosum ꝙ aliqs preesse appetat ad hoc ꝙ subditis profit. nisi manifesta necessitate imminēte. sicut Brego. dicit in pastorali ꝙ tunc laudabile erat episcopatum querere quando per hoc quēquā dubium non erat ad supplicia graviora puenere bene. tamen absq; presumptione potest quilibet appetere talia opera facere si eum contigerit in tali officio esse. ita ꝙ opus bonum cadat sub desiderio. non autez principatus dignitatis. Unde Chryso. dicit super Mattheum. Opus quidem desiderare bonum est. primatum autem honoris concupiscere vanitas est. primatus enim fugiendum se desiderat desiderātem se horret. ¶ Ad rōnes in oppositū. ¶ Ad primā rndet. ꝙ apls illud dicit vt dicit Brego. in pastorali. illo tpe qñ ille q̄ preerat prius ad martiriū ducebat. ⁊ sic nihil aderat in ep̄atu qd appeti posset nisi bonū opꝰ. ¶ Ad scdam rndetur negādo ꝓsequētiā. Et rō est quia nō est eadē ratio de statu religionis ⁊ de statu ep̄ali propter duo. Primo quidem. qz ad statum episcopalem preexigitur vita perfectio. sed ad statum religionis non preexigitur. Et hmōi differentie ratio est. quia ꝓm Dionysyuz. Perfectio pertinet actiue ad episcopū sicut ad pfectiorez. Ad monachū autez passiue sicut ad perfectum. Requiritur autez ꝙ sit pfectꝰ ad hoc ꝙ possit alios ad perfectionez adducere. quod non preexigitur in eo qui debet ad perfectionem adduci. Et aliq̄ p̄sumptuosum ꝙ aliquis pfectū se reputet. non autem ꝙ aliquis se ad perfectionem tendat. Secdo quia ille qui statum religionis assumit se alijs subijcit ad spiritualia capienda. et hoc cuilibet licz. Unde augu. xiij. de ciuitate dei. A studio cognoscendi veritatis nemo prohibet. quod ad laudabile pertinet ociū. sed ille q̄ transit ad statum episcopalem subditur ad hoc ꝙ alijs prouideatur et hanc sublimationem nullꝰ ꝓprio sibi assumere. ꝓm illud ad Hebreos. v. Nemo assumit sibi honorez. sed

qui vocatur deo. Et Chryso. dicit super Mattheum primatus ecclesie cōcupiscere non iustum est nec vtile. quis enim sapiens vult se subijcere vltro seruituti et periculo tali. vt det rationem pro omni ecclesia. nisi forte qui non timet dei iudicium. abutēs ꝑmatu ecclesiastico secularitet vt scz conuertat ipsum in secularem. ¶ Ad tertiā rndet. negādo cōsequentiam. Et ratio est. qz sicut dicit gregorius. in pastorali. ysaias qui mitti voluit ante se p altaris calculū purgatū vidit. ne nō purgatus adire quisq̄ sacra ministeria audeat. qz ergo valde difficile est purgatū se quēlibet posse cognoscere predicationis officiū tutius declinatur.

D secūdaz questionez sic pceditur. ⁊ videtur ꝙ ambitio non sit peccatum. ¶ Primo sic. ambitio importat cupiditatem honoris. sed honor de se quoddā bonum est. maxime inter exteriora bona. vnde ⁊ illi qui de honore non curant vituperātur. ergo ambitio nō est peccatū sed magis aliquid laudabile. fm ꝙ bonuz laudabiliter appetit. ¶ Secūdo sic. quilibet absq̄ vitio potest appetere quod sibi debetur. sed honor est premiū virtutis. ſ. Ethicoꝝ. ⁊. viij. ergo ambitio honoris non est peccatū. ¶ Tertio illud per quod homo prouocat ad bonum ⁊ reuocat a malo nō est peccatū. sed per honorē homines ꝓuocant ad bona facienda ⁊ mala vitanda. sicut phs dicit. iij. Ethicoꝝ. Et tullius in libro de tusculanis questionibus ꝙ honor alat artes. ergo ambitio nō est peccatū. ¶ In oppositum est euangeliū ꝑsens. in quo manifeste reprobat ambitionez honoris in hoibus. ¶ Rndeo dicendū. ꝙ ambitio semp est pctū. Ista ꝓclusio primo ptz ex illo. ſ. Coꝝ. xiij. Caritas nō est ambitiosa. non querit que sua sunt. nihil autez repugnat caritati nisi peccatū. ergo ambitio est peccatū. Pro qua cōclusione pleniꝰ ostēdenda. notandū est iuxta sanctū thomam in scda scde. (q. cxxxj. ar. ſ.) ꝙ honor importat quādā reuerentiā alicui exhibitā in testimoniū excellētie eius. Circa autez excellentiā hois duo sunt attendēda. ¶ Primo quidem ꝙ fm illud qd homo excellit nō habet homo a seipso. sed est quasi diuinū in eo. ⁊ ideo ex hoc nō debetur ꝑncipaliter sibi honor sed deo. ¶ Scdo considerandū est ꝙ id in quo excellit datur homini a deo. vt ex eo alijs prosit. Tripliciter ergo appetitū honoris contingit esse inordinatū. Uno modo per hoc ꝙ aliquis appetit testimoniū de excellentia quam nō habet. qd est appetere honorem supra suaz ꝓportionē. Alio

modo per hoc q̃ honorẽ sibi cupit nõ referẽdo in deum. ¶ Tertio modo per hoc q̃ appetit⁹ ei⁹ in ipso honore quiescit nõ referens honorem ad vtilitatẽ eor̃. Ambitio aũt importat inordinatum appetitũ honoris. vnde manifestũ est q̃ ambitio semper sit peccatũ. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primã rñdetur negando ꝓñam. Et ratio est. q̃ appetitus boni debet regulari ꝑm rationẽ. cuius regulã si transcẽdat erit vitiosus. ⁊ hoc modo vitiosum est q̃ aliq̃s appetat honorẽ nõ ꝑm ordinẽ rationis. Vituperãtur aũt qui nõ curant de honore. ꝑm q̃ ratio dictat. vt. s. vitent ea que sunt ꝓtraria honori. ¶ Ad scdam respõdetur negãdo minorẽ. Dicimus em̃ q̃ honor non est premiũ virtutis quo ad ipsum virtuosum. vt scz hoc pro premio expetere debeat. sed pro premio expetit beatitudinẽ que est finis virtutis. dicit̃ autẽ esse premiũ virtut̃ ex parte aliorũ qui nõ habẽt aliquid maius q̃d virtuoso tribuãt q̃ honorẽ. qui ex hocipso magnitudinẽ habet. q̃ perhibet testimoniũ virtuti. vnde ptz q̃ non est sufficiens premiũ. vt dicit̃. iiij. Ethi. ¶ Ad tertiã rñdetur. negando ꝓñam. Et ratio est. q̃ sicut per appetitũ honoris q̃ debito modo appetitur aliqui ꝓuocãtur ad bonum ⁊ reuocant̃ a malo. ita etiã si inordinate appetat̃ potest esse homini occasio multa faciendi. dum scz non curat qualiterc̃q̃ honorem cõsequi possit. siue dolis siue fallacijs. dicitur etiã q̃ illi qui solum ꝓpter honorẽ vel bona faciũt vel mala vitant. nõ sunt virtuosi. vt ptz per philosophũ. tertio ethicor̃. vbi dicit q̃ non sunt vere fortes qui ꝓpter honorem fortia faciunt.

IN dominica decima octa est euangeliũ. Audiẽtes pharisei. Matth. xxii. Circa q̃d possunt disputari sequentes questiones.

¶ Primo. vtrũ de caritate fuerint danda duo precepta. ¶ Secũdo. vtrũ ex caritate debeat diligere ꝓximũ plus q̃ seipsũ. ¶ Tertio. vtrum xp̃s sufficiẽter probauit phariseis in se habere diuinã naturã dicens. Quomodo ergo dauid ꝓ in spiritu vocat eum dominum.

D primã questionẽ sic ꝓceditur. (iij. q. xliiij. art. ij.) Et videtur q̃ de caritate nõ fuerint danda duo precepta. ¶ Primo sic. precepta legis ordinãtur ad virtutem. sed caritas est vna vir

tus ergo de caritate non fuit dã
dum nisi vnum preceptũ. ¶ Se
cũdo sic. Dicit augustinus in pri
mo de doctrina christiana. Cari
tas in proximo non diligit nisi
deum. sed ad diligendum deum
sufficeret ordinatio per hoc pre
ceptum. Diliges dñm deum. er
go non oportuit dari aliud pre
ceptum de dilectione proximi.
¶ Tertio sic. apostolus dicit ad
Roma. xiij. Qui diligit proximũ
legem impleuit. sed non imple
tur lex nisi per obseruãtiam om
nium preceptorum. ergo omnia
precepta includũtur in dilectio
ne primi. sufficit ergo hoc vnuz
preceptum de dilectione primi.
non ergo debuerũt dari duo pre
cepta caritatis. ¶ In opposituz
est christus in euãgelio presenti
qui duo p̃cepta ponit caritatis.
¶ Respondeo dicendum sub ali
quibus conclusionibus. Prima
est. q̃ duo precepta caritatis po
sita a christo in euãgelio presen
ti sunt sufficientia. Ista conclu
sio probatur sic. Precepta in le
ge se habent sicut propositiones
in scientijs speculatiuis. in qui
bus conclusiones virtute conti
nentur in primis principijs. Un
de que pfecte cognosceret prin
cipia fm suam totam virtutem
non opus haberet vt ei cõclusio
nes seorsum proponerentur. sed
quia non omnes qui cognoscunt
principia sufficiunt considerare
quicquid in principijs virtute cõ
tinetur, necesse est propter eos
vt in scientijs ex principijs con
clusiones deducantur. In opera
bilibus autem in quibus prece
pta legis nos dirigunt. finis hz
rationem principij. dilectio aũt
dei finis est ad quem dilectio p
rimi ordinantur. ⁊ ideo nõ solũ
oportet dare preceptum de dile
ctione dei. sed etiam de dilectio
ne proximi propter minus capa
ces qui non de facili considera
rent vnum horum preceptorum
sub alio contineri. ¶ Scda con
clusio. inter ista duo p̃cepta pri
mum dignitate ⁊ maximũ est pre
ceptũ de dilectione dei. Ptz ista
conclusio ex illo verbo christi di
centis. Hoc est primum ⁊ maxi
mum mandatum in lege. Maxi
mũ capacitate. illud enim est in
quo omnia cõtinentur qz in isto
dilectio primi cõcipit. fm q̃ in
Job. 8z. Qui diligit deũ diligit ⁊
primum. ⁊ ideo maximũ. Item
est primum origine. ¶ Tertia cõ
clusio. q̃ in his duobus mãdatis
vniuersa lex pendet ⁊ pphete. i.
tota doctrina legis ⁊ prophetarum
dependet ab his Ista cõclu
sio pbatur ex verbo christi. Se
cundo ratione ostenditur sic. Fi
nis enim in appetibilibus se hz
sicut principiuz in speculatiuis
pcedit enim sciẽtia ex p̃ncipijs
ad conclusiões. ⁊ sicut tota sciẽ
tia ex principijs iudicatur. sic in
omnib' operationib' totũ depen
det a fine. qz ergo dilectio est fi
nis. Finis precepti est caritas vt
dicit apostolus. j. Thi. j. ideo ab

istis depēdent omnia alia ⁊ hec est expositio augustini. Origenes sic exponit. In his idem in obseruantia istorum pendet intellectus legis ⁊ prophetarū. qz hec obseruat meretur intelligētiam legis et prophetarum Ecc. ij. Qui timetis dñm diligite illū ⁊ illuminabunt corda vestra. ps. A mādatis tuis intellexi. ¶ Nūc ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur. negando cōsequentiam. Et ratio est. quia licet caritas sit vna virtus. hz tm duos actus quorum vnus ordinatur ad alium sicut ad finē. precepta autem dantur de actibus virtutum. ⁊ ideo oportuit plura esse precepta caritatis. ¶ Ad secundam respōdetur. negando cōsequentiam. Et ratio est. quia lz deus diligatur in proximo sicut finis in eo quod est ad finem. tamen oportuit de vtroq; explicite dari precepta ratione iam dicta ¶ Ad tertiam respondetur eodem modo.

D secūdā questionez sic procedit. (ij. ij. q. xxxvj. ar. iiij.) Et videt q̄ homo ex caritate debeat plus diligere proximū q̄ seipm. ¶ Primo sic. principale obiectū caritatis est deus. sed quandoq; homo habet proximum magis deo coniunctum q̄ sit ipse. ergo magis debet aliquis talem diligere q̄ seipsum. ¶ Secundo sic. detrimentum illius magis vitamus quem magis diligimus. sz homo ex caritate sustinet detrimentum pro proximo. sm illud Prouer. xij. Qui negligit dāmz propter amicum iustus est. ergo homo debet ex caritate magis aliū diligere q̄ seipsum. ¶ Tertio sic confirmando. Id qd magis quis diligit in seipso est viuere sed caritas facit ponere vitam corporalem pro fratribus. ergo caritas facit magis diligere proximum q̄ seipsum. ¶ In oppositū est euangeliū presens. vbi dicitur. Diliges proximuz sicut teipsum. ex quo videtur q̄ dilectio hominis ad seipsum est sicut exemplar dilectiōis que habetur ad alterum. sed exemplar potius est q̄ exemplatum. ergo ex caritate magis dz homo diligere se q̄ proximum. ¶ Respondeo dicendum. q̄ in homine duo sunt. scz natura spiritualis et natura corporalis. Plus homo debet se diligere q̄tum ad naturā spiritualem siue interiorem. q̄ q̄tum ad naturam corporalem siue exteriorem. et ideo ea que sunt bona nature spiritualis siue interioris plus debet optare q̄ ea que sunt bona sibi. sm naturam exteriorem. Isto premisso fit ista cōclusio. Homo sm naturam spiritualem magis dz posse deum diligere seipsum q̄ quemcunq; alium. Ista conclusio pz

et ipsa ratione diligendi. Nam deus diligitur vt principium boni. super quo fundat dilectio caritatis homo autez se diligit ex caritate fm rationez qua est particeps predicti boni. Proximus autem diligitur fm rationem societatis in isto bono cōsociatio autem est ratio dilectionis fm quandam vnionem in ordine ad deum. Unde sicut vnitas potior est q̄ vnio ita q̄ homo participet bonum diuinum est potior ratio diligendi q̄ q̄ alium associet sibi in hac participatione. ꝛ ideo ex caritate debet magis se ipsum diligere q̄ proximum. Et huiusmodi signū est q̄ homo nō debet subire aliquod maluz peccati. quod contrariatur participationi beatitudinis vt proximū liberet a peccato. ¶ Secunda cōclusio (que habetur vbi. s. ar. v.) est. q̄ homo ex caritate magis dz diligere primū q̄ seipm fz naturam corporalem. Patet cōclusio. quia illud est magis diligendum quod habet pleniorem rationem diligibilis ex caritate vt dictū est. Sociatio autem in plena participatione beatitudinis que est ratio diligendi proximū est maior rō diligēdi q̄ pricipatio beatitudinis per redundantiam. que est ratio diligendi proprium corpus siue naturam corporalem. et ideo proximum q̄tū ad salutem anime plus debem̄ diligere q̄ proprium corpus.

¶ Ad rationes in oppositum.

¶ Ad primam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia dilectio caritatis non solum habet q̄titatem ex parte obiecti quod est deus. sed etiam ex parte diligentis qui est ipse homo caritatem habens. sicut ꝛ q̄titas cuiuslibet actionis depēdet quodammodo ex ipso subiecto. et ideo licet proximus melior. sit deo propinquior. quia tamen non est ita propinquus caritatez habenti sicut ipse sibi nō sequitur q̄ magis debeat aliqs proximum q̄ seipsum diligere.

¶ Ad secūdam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia homo debet detrimenta corporalia pati et sustinere ꝓpter amicum. et hocipso magis seipsum diligit fm spiritualem mentem. quia hoc pertinet ad perfectionem virtutis que est bonū mentis. sed in spiritualibus non debet homo pati detrimentum peccando vt proximum liberet a peccato. sicut dictuz est. ¶ Ad tertiam respōdetur. negando cōsequentiam. Et ratio est. qz tradere se morti propter amicum est perfectissimus act̄ virtutis vnde hunc actum magis appetit virtuosus q̄ vitam propriam corporalem. Unde q̄ aliquis vitam propriam corporalem propter amicum ponat. non contingit ex hoc q̄ aliquis plus amicum q̄ seipsum diligat sed quia in se plus diligit bonuz virtutis q̄ bonum corporale.

D tertiaz questionez sic procedit. Et videt q̃ xp̃s non sufficienter probauit phariseis ī se habere diuinam naturā. ex illo. Quomodo ergo dauid in spū vocat eum dñm. ¶ Primo sic. qz vt dicitur Ysa.liij. Generationem eius quis enarrabit. Si ergo generatio eterna est ineffabilis. de illa non potest intelligi textus ille. ergo ex illo non potuit capi sufficiens argumētum. ¶ Scdo sic. textus ille non videtur posse intelligi de xp̃o. quo dicit. Sede a dextris meis quia dextera et sinistra sunt differētie positionum corporalium. sed nhil corporale conuenit deo. quia deus spūs est. Job.iiij.ergo sedere a dextris non conuenit filio dei. ¶ Tertio idem arguit ex illo qd̃ sequit. Donec ponā iimicos ꝛc. ex quo videt q̃ post quā posuerit inimicos q̃ vltra non sedebit a dextris dei. ¶ In oppositz est euangeliū. vbi dr q̃ nemo poterat ei rñdere verbū. ¶ Rñdeo dicenduz. q̃ xp̃s sufficiēter pbauit in se naturā diuinam esse. ex illo loco. Pro cuius euidentia cōsiderādū. q̃ lz pharisei legisperti cognouerūt iesum esse verū xp̃m. ꝛ p̃ ꝛsequēs deū ꝛ hoīem. qz tamē conceperūt contra eum odium ꝛ rancorez. hec vera estimatio corrupta est in eis aliquo mōr ideo inceperunt eum negare ꝛ pseq̃ tanq̃ blasphemuz. qz dicebat se esse dei filiū. ꝛ per consequēs incipiebant corrumpere scripturas. et damnare que loquebatur de eius diuinitate. ppter qd̃ dñs fecit eis illā questionem de christo cuius filius est. dicunt ei. Dauid solum. scz diuinitatem negando. sed christus ait illis arguendo in contrarium. Quomodo dauid in spiritu. spūsancto inspiratus vocat eum dñz dicens. Dixit dominus dño meo sede a dextris meis ꝛc. q̃ eniz ista scriptura intelligatur de christo. ꝛ quia ipsi pharisei non negauerunt hec. sed concesserunt. Sede a dextris meis Sedere a dextris vno modo accipitur p̃ equalitate. sicut supra circa ascensionem dictum est. et sic christus fm q̃ deus sedet ad dexteram. Alio modo est esse in potioribus bonis ꝛ hoc modo cōuenit christo fm humanitatem. quia vt sic in gloria preest angelis. donec ponar inimicos tuos ꝛc. Istud completbitur in iudicio. quando omnia perfecte subijcient homini christo. Si ergo dauid vocat eum dom inū. quomodo est filius eius quasi diceret. cum fm naturam humanam sit filius dauid. ꝛ per consequens eo inferior. oportet ponere in eo aliam naturam per quam sit dominus eius ꝛ eo superior. hoc autez esse non potest nisi sit diuina. et sic in christo sunt

due nature. scz diuina et humana. et quia sufficienter probauit hoc sequitur. Nemo poterat respondere. quia non poterāt scripturam negare. nec ausus fuit quisq̄ ex illa die eum amplius interrogare. ¶ Considerandum tñ q̄ vt dicit magister nicolaus de lyra q̄ iudei moderni diuinitatem christi negantes dicunt p̄ dictam auctoritatem esse ad litteram de abraham. et q̄ eleazar dispensator domus abrahe fecit hunc psalmū agens deo gratias de victoria quā habuit abraham de quinq̄ regibus. vt patet Geñ. xiiij. Post quam victoriam apparuit dñs min? abrahe dicēs. Noli timere abraham ego protector tuus suz et merces tua magna nimis. Dicunt ergo q̄ eleazar loquitur sic. Dixit dominus i. deus celi qui est dominus omnium dixit domino meo abrahā sede a dextris meis ꝛc. quia confortauit eum vt visum est ꝓmittendo ei auxilium et premium. ¶ Sed ista expositio patet esse falsa ex multis. Primo per titulum psalmi. vbi ponitur psalm? dauid. etiam in hebreo. quia nō ponit in psalmis factis ab alijs. Scdo per illud q̄ scribit in p̄s. Ex vtero ante luciferum genui te. quod non potest dici de abraham. q̄ sit genitus ex vtero dei vel substantia. et ante luciferuz i. ante mundi creationem. sed soluz potest verificari de filio dei Et iterum in fine psalmi dicit. Tu es sacerdos ꝛc. quod non potest verificari de abrahaz qui nō fuit sacerdos. et dato q̄ fuisset tamen sacerdotium eius nō potuisset fuisse eternuz. sed solū sacerdotium xp̄i est eternuz. ¶ Ad rationes in opposituz. ¶ Ad primam rñdet negādo ꝓsequentiā qz lz generatio eterna sit ineffabilis hoib?. nō tñ deo. q̄ de ea loquitur in sacra scriptura. ¶ Ad scdam rñdetur negādo ꝓsequentiam. Et rō est. qz p dexterā non intelligitur aliqua sedes localis sed equalitas glorie et honoris sicut dictū est. in qua est equalis xp̄s patri fm quod deus. ¶ Ad tertiam rñdet. negādo ꝓsequentiam. Et ratio est. quia ly donec aliquando importat tempus determinatuz. aliquando infinitū. hic vero importat infinitum.

Dominica decima nona. est euangeliū Ascendens ie sus in nauicula. Matth. ix. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima vtrum christ? fm qd homo habuit potestatem dimittendi peccata. ¶ Secūda. vtrum a christo fuerit aliqua potestas collata ministris ecclesie ad expulsionē vel remissionē peccati ¶ Tertia. vtrum eque facile sit paraliticum curare et peccata dimittere.

D primaz questionē sic pcedit. Et videtur q̃ xp̃s ꝑm qd̄ hō habuit potestatē dimittēdi pctā. ¶ Primo sic ex presenti euangelio. vbi dr. Ut autē sciatis qz filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, dixit paralytico. Surge z ambula. sz non oportebat ostendere signum ad ꝓbandū q̃ deus haberet ptātem dimittendi peccata, qz hoc iudei cōfitebantur. ergo etiam ꝑm qd̄ homo habuit potestatem dimittēdi pctā. ¶ Scdo sic. Christus ꝑm qd̄ homo est redemptor noster. sed nō potest aliquis liberari a seruitute peccati nisi sibi peccatū dimissum sit. ergo xp̃s ꝑm qd̄ homo habuit potestatē dimittendi pctā. ¶ Tertio sic. super illud Job. v. Sicut pater suscitat mortuos. ꝛc Dicit Augu. Judicat z suscitat corpa non pater sed filus ꝑm humanitatis dispēsationem qua minor est patre. sed suscitatio corporū attestatur suscitationem animarum q̃ fit p remissionez peccati. ergo xp̃s ꝑm qd̄ homo potuit dimittere peccata. In oppositū sic Illud qd̄ est solius dei nō cōuenit xp̃o ꝑm qd̄ homo. sz dimittere peccata est huiusmodi. ꝑm illud Ysa. xliij. Ego sum q̃ deleo iniquitates tuas propter me. ergo non ꝓuenit xp̃o ꝑm quod homo. ¶ Scdo sic. Nulli remittit peccatum nisi p spiritum sanctū. sz xp̃s ꝑm qd̄ homo nō poterat dare spūm sanctū. ergo non poterat remittere pctā ꝑm qd̄ hō. ¶ Respondeo dicendū iuxta sanctum Thomā (iij. p. q. lxiij. ar. iij. Et iij. sen. di. v. ar. j. q. j.) q̃ triplex est potestas absoluendi a pctis. Una est potestas auctoritatis, z hee solius est dei. q̃ ꝓpria virtute pctā dimittit quasi principalis causa remissionis pcti. Alia de de tali potestate sit ista ꝓcessio. Christꝰ remittere pctā nō potuit ꝑm qd̄ homo. Patet ꝓclusio sic Ille solus possunt pctā dimittere ꝓpria potestate, que possunt animas vivificare. sed solꝰ deus est aias vivificare. vt dicit Augusti. sup Jobem. ergo ꝛc. Alia potestas est misterij. Et de tali 2 scda conclusio. q̃ talis potestas ꝓuenit his q̃ sacramēta ministrant vel dispensant. in quibus divina virtus secretius operaꝫ salutē. Tertia potestas est media q̃ de potestas excellētie, Et de ista 3 tertia ꝓclusio. q̃ hac xp̃s p alios habuit. Attēditur autē hec potestas q̃tum ad tria. Primo q̃tum ad hoc ex merito passionis cum baptismus efficatiā habet. non autē ex merito alicui⁹ alterius baptizantis. Scdo q̃tuz ad hoc q̃ xp̃s sine sacramento sacramentoꝝ effectum conferre potuerat quasi dominus institutor sacra-

mentorum. qd̄ de alijs nō dr ꝛc. Tertio ꝓtū ad hoc ꝙ ad inuocationez nominis eiꝰ dabaꝯ remissio peccatoꝝ in baptismo in prima ecclesia. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primaz respōdeꝯ. negando ꝓsequentiam. Et ratio est qꝛ filius habebat potestatem auctoritatis dimittēdi peccata nō fm qd̄ homo. sed fm qd̄ deus. et ideo p miraculū ostensuz hoc p batur. ꝙ ille homo esset deꝰ cui natura obediebat q̄si ꝓprio creatori. ¶ Ad secdam respondeꝯ. negando ꝓsequentiam. Et ratio ē. quia redemptor vno modo dr ꝓpter vsum potestatis auctoritatiue in absoluendo a pctō. et sic xp̄s fm quod deus redēptor est. Alio modo dr ꝓpter officiuz humilitatis. ꝛ sic competit xp̄o esse redemptorē fm qd̄ homo inq̄tū per humilitatem passiōis nobis remissionē meruit peccatoꝝ. et hoc ptinet ad potestatem excellentie. vt dictū est. ¶ Ad tertiaz respondeꝯ. negando consequentiaz de potestate auctoritatiua. Dicimus enim ꝙ potestas quaz christus habuit suscitandi corpora non fuit potestas tantū ministerij. sicut etiam petrus mortuos suscitauit. nec est iterū potestas auctoritatis. quia hoc solius dei est. sz est potestas cuiusdam excellētie que ei competit ex vnione ad deum. vt scz imperio non prece mortuos suscitaret. ꝛ simul habuit potestatem excellentie in remittendo pctā.

D secūdaz questionez sic ꝓcedit. Et videtur ꝙ a xp̄o fuerit aliqua potestas collata ministris ad expulsionē siue remissionez peccati. ¶ Primo. Data est ministris aliq̄ potestas spūalis. sz ad emūdationem corporalē nō requiritur aliqua potestas spūalis. sz sufficit corpalis. ergo ministris collata est aliqua potestas spūalis ad emundationem interiorem. ¶ Scdo sic. fm Dionysiū. vj. celestis hierachie. ad ministros ecclesie pertinet purgare illuminare et pficere. sed purgatio in ecclesia fit a sordibus mētis. ergo ministris ē data potestas cooperandi ad interiorem emūdationem. ¶ Tertio sic. Plꝰ est expellere demonē q̄ seminatū p ipsū scz peccatum. sed deus dedit hominibus potestatē demones expellendi. vt patet Luce. x. Ergo multo fortius potuit dare potestatem expellendi peccatū. ¶ In oppositum arguitur sic. Maius est iustificare impiū q̄ creare celum ꝛ terrā. sz in creatione celi ꝛ terre nihil deo coopabaꝯ. ergo nec ī iustificatiōe ipij. ¶ Respondeo dicēdū sub certis ꝓclusionibus iuxta triplicez potestatem determinatam in superiori questiōe. Prima potestas auctoritatis expellēdi pctī siue emun

dandi animas a peccatis nō po-
test creature alicui cōicari Ista
ꝛclusio patet sic (iiij.sen.di.v.q.
j.ar.iij.q.j.in ꝓncipio.) Quicqd
eñ cōicatum alicui traheret ip-
sum extra terminos speciei non
potest cōmunicari ei.sicut equo
non potest communicari ꝙ ha-
beat rationē.ꝙuis hoc commu-
nicatū sit homini.ꝙ autem com
municatū alicui traheret ipsum
extra terminos creature nō po-
test alicui crature cōmunicari.
potestas aūt auctoritatis est hu
iusmodi.qz nō potest esse ꝙ crea
tura sit ꝓncipale agens respectu
nobilissimi effectus quo vltimo
fini cōiungit aia rationalis cui?
est gratia per quam fit remissio
peccatoꝝ. ¶ Scda ꝛclusio Po-
testas ministerij cooperationis
ad emūdationez interiorem col
lata est ministris.non sicut cau-
sans sed sicut disponens ad eaz.
Ipsi eñ sacramēta cōferūt que
ad gratiam disponūt p quaz fit
remissio pctōrū. Unde Job.xx.di-
citur discipulis.Quoꝝ remiseri
tis pcta remittūt eis.nec hoc dr
ꝙtum ad manifestationē tantū.
sicut aliqui volūt dicere.qz sic sa
cerdos noui testamenti non ha-
beret maiorē potestatē ꝙ sacer
dos veteris testamēti ergo opor
tet itelligere ꝙ aliquo modo co
operātur ad emūdationez culpe
instrumētalit̄ ⁊ dispositiue sicut
dictum est. ¶ Tertia cōclusio (q
hī.vbi.s.q.ij.) Potestatē excel-
lentie deus homini puro cōfer-
re potuit. ⁊ ita ministris ecclesie
potuit enim tante gratie plen-
tudinem conferre vt eorum mi-
ritum cooperetur ad sacramen-
torum effectus.vt ad inuocatio
nem nominum ipsorum sanc-
ficarentur sacramēta. sed tamē
non fuit decens vt conferret.ne
spes in homine poneretur.et vt
ecclesie verum caput esse oste-
deretur a quo omnia mēbra spi
ritualem sensum ⁊ motum rec-
perent.qd est christ?. ¶ Ad ratio
nes in oppositū. ¶ Ad primaz re
spondetur.ꝙ potestas spiritua-
lis que ministris ecclesie conce-
ditur ad aliquid interius se ext̄i
dit.sicut virtus sacramentalis.
sed non ad collationez gratie
quaz remissio peccatoꝝ directe
et principaliter pertinēdo seu
disponendo.sicut dictū est. ¶ Ad
secundam respōdetur.ꝙ purga-
tio de qua Dionysi? loquitur est
a tenebris ignorātie.sicut ipse
met dicit.vnde magis pertinet
ad intellectum ꝙ ad effectum.
¶ Ad tertiam respondetur.no-
gando assumptum. Et ratio est
quia potestas data hominibus
expellendi demones est quantu
ad effectum nocumenti corpora
lis quem inveratis faciunt non
quantum ad effectum nocumen-
ti spiritualis quod est peccatum.
quia solius dei est peccatum ex-
pellere et a seruitute demonis
liberare. Johannis.octauo. Si
filius vos liberauit vere liberi
eritis.

D tertiam questionem sic pceditur. Et videtur ꝙ nõ eq̃ facile sit curare paralytus ⁊ pctã dimittere ¶ Primo sic. Virtute nature p artẽ medicine potest paralyticꝰ qñdoq̃ curari. sed dimittere peccata superexcedit intantũ omnẽ virtutem creatam ⁊ humanã et angelicam vt sit solius dei hoc facere. sicut patet Ysa. xliij. Ego sum qui deleo iniquitates ⁊ peccata. ergo ⁊c. ¶ Scdo sic. Quanto anima est nobilior corpore tãto peccata dimittere maiꝰ est ꝙ corpꝰ sanare. ¶ Tertio sic. Magis est iustificare impiũ ꝙ creare celum ⁊ terram. ergo magis est dimittere peccata ꝙ sanare paralyticũ. cum iustificatio ipij sit peccatorꝝ remissio. ¶ In oppositum videtur esse psens euãgelium. ¶ Respondeo dicendũ. ꝙ ista cõparatio potest fieri respectu operãtis. ⁊ sic amabo sũt eque facilia. vel respectu operis. et sic dimittere peccata est difficilius. qꝛ vt dicit Augusti. Magis est de impio facere pium. ꝙ celum ⁊ terram creare. qꝛ deus habet ibi resistentiam. s. voluntatem prauam. In creatione autem nihil resistens habuit. Vel (vt hr. iij. p. q. xliij. ar. iij. ad. iij.) potest fieri cõparatio respectu nostre cognitionis. et sic facilior est dicere. Remittũtur tibi peccata ꝙ dicere paralytico Surge ⁊c. qꝛ illud nõ videmus istud autẽ videntes admiramur. Chrisostomꝰ. Quanto anima potior est corpore. tanto curatio anime plus est ꝙ corporis. qꝛ illud occultuz est. addit quod manifestũ est. Vel. potest itelligi respectu locutionis. ac si dicat Eque facile est dicere. Dimittunt tibi peccata tua. et dicere. Surge ⁊ ambula. si ergo videritis ꝙ ad meũ dicere. surge et ambula. sequitur curatio corporis. credatis ꝙ ad meum dicere. remittuntur tibi peccata tua. sequitur curatio mentis. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondet. ꝙ licet paralysis virtute nature aliqñ possit curari. nõ tamen subito nec ita perfecte ꝙ statiz homo possit lectũ in quo iacet portare sicut dicitur hic. vnde p imperium tanꝙ ꝓpria virtute sanare paralyticum eiusdem potestatis est. sicut dimittere peccata. ꝓpter quod dicit. Quid est facilius dicere. ⁊c quasi diceret. Equalis sunt potestatis vtraq̃. et quo concludit virtutem sue diuinitatis perfectam. dicens. Ut autem sciatis qꝛ filius hominis habet potestatẽ in terra dimittẽdi pctã vt deꝰ. nõ vt homo purꝰ tũc ait paralitico surge ⁊c. vñ ꝓbo iperatiuo curauit. qd̃ est ꝓpriuz dei ps. Dixit ⁊ facta sũt. tria habebat ifirmꝰ iacebat i lecto portabat ab alijs ⁊ ire nõ

poterat. quia ergo iacebat. dixit Surge. quia in lecto portabat. dixit. Tolle lectuz tuū. quia ire nō poterat. dixit. Et ambula. dei eniz perfecta sunt opera. Deut. xxxij. Sicut aūt per litterā habentem sigillū declarat volūtas ipsius scribētis. sic per signū qd̄ est virtutis diuine manifestissimum ostēditur veritas diuine virtutis. Alij aūt sancti qui fecerunt miracula fecerunt hoc implorando diuinā potentiā ⁊ clementiam ⁊ non imperando. et si aliqñ in talib⁹ imperabant hoc nō erat virtute ꝓpria sed exprimendo virtutē xpi tanq̄ ministri non dñi. sicut aliqñ imperabant demonib⁹ vt recederēt ab obsessis corporib⁹ in noie xpi et auctoritatis eius. ¶ Ad scdam dicit q̄ lz sanare animā sit maius q̄ sanare corpus. tñ vnius ⁊ eiusdē potestatis sunt. ¶ Ad tertiam ptz respōsio ex dictis.

Dominica xx. est euangeliuz. Dicebat iesus turbis iudeorum ⁊c. matthei. xxij. Circa qd̄ possunt disputari sequētes questiones. ¶ Prima. vtrum pater celestis fecit nuptias filio quādo nature humane coniūxit. ¶ Secundo. vtrum caritas sit vestis nuptialis. ¶ Tertia. vtrum non habens vestem nuptialem. scilz caritatem. finaliter proiciatur in tenebras exteriores vbi erit fletus ⁊ stridor dentium.

Q primā sic ꝓceditur. Et videtur q. pater nō fecit nuptias filio suo qñ humane nature coniunxit. ¶ Primo sic. matrimoniū est viri ⁊ mulieris cōiunctio indiuiduā vite cōsuetudinē retinens. xxvij. q. ij. §. j. extra de p̄sump. illud. et insti. de nuptiis. §. ij. sed cōiunctio filij cū humana natura nō est coniūctio viri ⁊ mulieris. ergo ⁊c. ¶ Scdo si. consensus facit matrimoniū. c. xxvij. q. ij. c. Matrimoniū. sed in cōiunctione ista filij dei cum natura nullus videtur precessisse cōsensus. ergo ⁊c. ¶ Tertio si. in matrimonio sunt due personе distincte. scz maritus ⁊ vxor. sed in ista ꝛiunctione nō sunt distincte personе. sed vnio humane nature facta est in persona filij dei. ergo nō potest dici matrimoniū siue nuptie. ¶ In oppositum est euangeliū ꝓsens. ¶ Respondeo dicendū. q̄ tres nuptie dicūtur spirituales filij dei. scz in natura. in spiritu. i gloria. In natura qñ sibi naturā nostrā vnuit. In spiritu qñ spiritū hoīs sibi coniūgit. In gloria qñ hoīem totū luce sue diuinitatis implevit. Prime facte sunt in vero

virginis. Secūde in cōscientie thalamo. Tertie in facie dei secreto. De primis dicitur in ps. In sole posuit tabernaculū suū. De secūdis. osee. ij. Spōsabo te mihi in fide in sempiternuz. De tertijs Apocalip. xix. Venerunt nuptie agni ꝛc. De primis hic dicitur. Simile est regnū celozuz homini regi qui fecit nuptias filio suo. Per istas nuptias intelligiť verbi incarnatio. Tunc enim deus vt ait grego. pater fecit nuptias filio suo qm̄ naturā humanaz copulauit diuine in vno supposito. Que quidē nuptie celebrate sunt in vtero virginali. de quo xps exiuit tanq̄ sponsus p̄cedēs de thalamo suo. Ad quas nuptias inuitauit oēs fideles. ad quos inuitādos misit seruos suos. Primo scz pphetas q̄ populū exhortarent expectare xpi aduentū ꝛ tendere in ipsum per fidē ꝛ opera bona. ꝛ nolebāt venire. qz nolebāt verbis pphetarz obedire. Unde hiere. xxv. Misi ad vos seruos meos pphetas. Et sequitur infra. Et non audistis me nec̄z inclinastis aures vestras vt audiretis. cum dicerēt. Reuertimini reuertimini vnusquisq̄z a via sua mala. Item misit alios seruos qui de ppinquo annūciauerunt aduentū xpi. vt iohannē baptistā. ꝛ discipl'os xpi. q̄ missi ab eo in omnē ciuitatē ꝛ locum quo ipse erat veniurus. vt habeť Luce. x. In q̄bus nuptijs prādiū paratū erat. Istud prandiū erat spiritualis refectio anime. Unde ait. Prandiū meū parauí. videlz sacramēta ecclesie ꝛ doctrinam q̄bus reficitur aīa. ꝛ potissime sacramentū eucharistie. in quo dať nobis caro xpi in cibuz ꝛ sanguis eius in potū. Admirabile certe ꝓuiuiū. in quo xps sumitur. mens implеť gratia. ꝛ future glorie nobis pignus datur. Tauri ꝛ altilia occisa sūt. Tauri sunt precepta mozalia. ꝛ altilia sunt consilia supaddita. merito ergo dicit fecisse pater nuptias filio suo. ¶ Ad rōnes in oppositum. ¶ Ad primā rndetur q̄ illa est diffinitio matrimonij carnalis. Hoc aūt matrimoniū est spirituale. ꝛ sufficit q̄ hic fit vnio inseparabilis inter filiū dei ꝛ naturam assumptā in vnitate persone. ꝛ ita est quedam indiuiduitas vite in persona. ¶ Ad secundam respondetur negādo q̄ non interuenit consensus. immo interuenit. quoniam annunciante angelo beate virgini propositū patris celestis de nuptijs huiusmodi faciendis filio suo. beatissima cōsensit loco totius humane nature. ¶ Ad tertiā respōdeť negando consequentiaz. Ratio enim haberet locū in matrimonio carnali. In spirituali autez nō sequitur. qz in hoc matrimonio ꝛ si due nature distincte coniungātur. tamen in vna persona vniūtur. ꝛ ita nō poteſt esse dualitas personarū. quia natura humana assumpta est ad personali

tatem diuinam.

D secũdam questionem sic pcedit. (ij. ij. q.xxiij. ar. vj.) Et videt ꝙ nõ. ¶ Prio sic. caritas nõ est excellẽtissima virtutũ. ergo nõ est nominãda tanq̃ omniũ dignissima vestis nuptialis. ꝓña ptz. assumptũ ꝓbatur sic. Altioris potentie altior est virtus. sicut ⁊ altior operatio. sed intellectus est altior volũtate ⁊ dirigit ipsam. ergo fides q̃ est in intellectu excellẽtior est caritate que est i voluntate. ¶ Scdo sic. id per quod aliq̃d operatur videt eo esse inferius. sicut minister per quem dñs operat est inferior dño. sed fides ꝑ dilectionẽ operat. vt dicitur Gal. v. ergo fides excellẽtior est caritate. ¶ Tertio sic. id qd se habet ex additione ad aliũ videt esse pfectius. sed spes videtur se habere ex additione ad caritatẽ. nam caritatis obiectũ est bonũ. spei aũt obiectũ est bonum arduũ. ergo spes est excellentior caritate. ¶ In oppositũ est euangeliũ. vbi caritas vocat vestis nuptialis. vt dicit grego. Scdo est illud. j. Cor. xiij. vbi enumeratis virtutib⁹ theologicis. xicit apl's. maior horum est caritas. ¶ Rñdeo dicendũ. ꝙ caritas merito dicit vestis nuptialis. Tum qꝛ ipsa est que diuidit inter filios regni ⁊ perditionis. vt dicit augu. Tum quia ꝑm gregoriũ. ipsa est qua xp̃s indutus venit ad nuptias. qm̃ ex caritate incarnari voluit. hiere. xxxj. In caritate perpetua dilexi te. ideo attraxi te miserans. Tum tertio caritas dicit vestis nuptialis. qꝛ vniuersa delicta operit caritas. Tum quarto. qꝛ ornat omnia opera nostra. sine caritate enim opa nostra nõ placẽt deo. j. Cor. xiij. Si distribuero in cibos pauperuꝫ omnes facultates meas. caritatẽ aũt nõ habeã. nihil mihi prodest. Tum quinto dicit vestis nuptialis. quia matrimonia fiunt ꝓpter amicitiã reformandaꝫ. In matrimonio aũt filij dei cũ natura humana amicitia inter nos ⁊ deũ est reformata. ad Eph. ij. Ipse est pax nostra q̃ fecit vtraq̃ vnũ ⁊c. Tum sexto dicit caritas vestis nuptialis qm̃ est excellẽtissima virtutũ. qd̃ sic ꝓ. Cum bonũ in humanis actibus attẽdat ꝑm qd̃ regulatur debita regula necesse est ꝙ virt⁹ humana que est ꝓncipiũ bonoꝫ actuũ consistat in attingẽdo humanoꝫ actuũ regulã. Est autem duplex regula humanoꝫ actuũ. scilꝫ ratio humana ⁊ deus. sed deus est ꝓma regula a qua etiã humana ratio regulãda est. ⁊ ideo virtutes theologice que cõsistunt in attingendo illã regulam primã. eo ꝙ earum obiectũ est deus excellentioꝛes sunt moralibus virtutibus. vel intellectualib⁹ que

turalem sed adoptiuum. Unde
Chrysosto.rsidens ad questionē
ait.Nathanael em̄ non fuit bea/
tificatus a xpo sicut petr? cū ea/
dem verba habuerit q̃ petrus.di
cit em̄ sic vt deducit sanct? Tho
mas super Johem.qz licet eadē
verba ⁊ nathanael ⁊ petrus ptu
lerint.non tamen fuit vna inten
tio vtriusq̃.Petrus quidem cō
fessus est christū esse filiū dei ve
rum ⁊ naturalē vt scz sic esset hō
q̃ tamen esset verus deus. Hic
aūt scz nathanael cōfessus est eū
esse filiū dei p adoptionē. sm il/
lud ps. Ego dixi dij estis et filij
⁊c. Et hoc patet p verba sequen/
tia quia si intellexisset eum esse
filium p naturā.nō dixisset. Tu
es rex israel solum sz toti? mū/
di. Hoc etiam patet.qz ad fidez
petri xps nihil addit quasi perfe
ctam existentem.sz ecclesiam di
xit se in confessione illius fabri
caturum esse.sed Nathanaelem
quasi in maiori pte sue pfessiōis
deficientem eleuat ad maiora.
Unde dicit. Maiora videbis.
¶ Ad secundam rsdetur. vt di/
cit Nicolaus de lyra q̃ illi demo
nes magis ex cōiectura q̃ ex cer
titudine dixerunt.quia demon il
le q̃ temptauit christuz in deser
to erat acutiozis ingenij. et ta/
men non potuit scire per certitu
dinem vtrum iesus esset ille qui
erat promissus ad salutem mun
di et deiectionem diaboli. ¶ Ad
tertiam respōdetur. q̃ a princi/
pio non pdicabāt eū esse christū
sz penitentiam predicabant Itē
potest esse q̃ predicabant xpm
sz non esse filium dei.quia tūc p
fectā de hoc noticiā nō habebāt
cū nondū essēt capaces etiā reci

pere doctrinā reuelandā a patre celesti vsq; ad tempus illud quo petro reuelata est. nec enim post ea ante resurrectionē discipuli p̄dicauerunt populo q̄ xp̄s esset filius dei. vnde et Matth. xvj. Mandauit xp̄s eis q̄ nemini dicerent q̄ ipse esset xp̄s ne vulgares hoies qui viderēt eum pati tam ignominiose scandalizarētur de eoꝝ predicatione. vt dicit nicolaus de lyra. sz postq̄ resurrexit a mortuis habita perfecta victoria mortis voluit publice predicari.

D secundā questionē sic p ceditur. Et videt q̄ xp̄s non cōueniēter cōfessionez petri remunerauerit dicens. Tu es petrus ⁊ super ⁊c. Et tibi dabo claues ⁊c. ¶ Primo sic. nemo remunerat conuenienter in rebus que sibi nō conuenium. sed esse fundamentum ecclesie nō cōuenit homini puro sed soli xp̄o. Unde apl's. j. Cor. iij. Fundamentū aliud nemo potest ponere preter id qd̄ positum est qd̄ est xp̄s. ergo ⁊c. ¶ Scd̄o sic. clauis est ad aperiendum vel claudēdū: sed hoc est solius xp̄i. q̄ aperit ⁊ nemo claudit. ⁊ claudit ⁊ nemo aperit. Apoc. iij. ergo petrus nō suscepit a xp̄o claues claudendi ⁊ aperiēdi. ¶ Tertio sic. peccatū nō remittit nisi per spiritū sanctū. sed non est cōmissum petro. qz hoc non est alicui hois. ergo nec ei fuit potestas cōmissa remittēdi peccata. ¶ In oppositū est euangeliū p̄sens. in quo dn̄s ait petro. Beatus es symon bariona. quia caro ⁊ sanguis. i. nō homo mortalis reuelauit tibi. sed ⁊c. et ego dico ⁊c. quia tu es ⁊c. Qd̄ verbū describens chrysostomus dicit. Vide qualiter xp̄s reducit petrum ad excelsam de ipso intelligentiā. Illa enim se ei daturū p̄mittit que sunt ꝓpria solius dei. s. peccata soluere ⁊ ecclesiā immutabilem facere inter tot persecutiones ⁊ temptationū p̄cellas. Unde ei plenaria potestas data est super totā ecclesiā. cuius fundamentū cōstituitur a xp̄o post ipsum. Qd̄ colligit ex quatuor scz ex singulari cōmissione quia cōmisit ei dn̄s tria singulariter. Primo auctoritatē clauium regni celorū. vt in euāgelio presenti. Scd̄o pasturā ouiū. Job. vlt. Pasce oues meas. Tertio cōsolationē aliorū. Luce. xxij. Tu aliquādo conuersus ꝓfirma fratres tuos. Scd̄o ptz ex singulari appellatiōe. ⁊ hoc tripliciter. Primo appellat ipsuz caput. Tu vocaberis cephas. i. caput. Cephalin enī grece. idē est quod caput latine. Scd̄o qz appellauit ipm ecclesie fundamētū. vt in presenti euangelio. Super hanc petrā edificabo ecclesiā meam. Quod verbū tractās augustin⁹ in quo

dam sermone qui legitur hodie. Petrũ itaq; fundamentũ ecclesie nominauit. ⁊ ideo digne hoc fundamẽtũ ecclesia colit. super qd̃ ecclesiastici edificij altitudo consurgit. Tertio qz appellauit eũ beatũ vt in euãgelio presenti. Beatus es symon bariona. i. filij iohãnis qz caro ⁊ sanguis nõ reuelauit tibi. Tertio ptz ex singulari respõsione petrus conueniẽter semp respõdebat primitus inter apl'os. Et hoc triplíciter. Primo in fidei ꝓclusione. vnde Mat. xvj. in pẽsenti euangelio cum xps quereret a discipulis. Quem dicũt hoies esse filium hoĩs. Rñdit petrus pro se ⁊ oibus. Tu es xps filij dei viui. Secdo in dimissione peccatorum. Mat. xviij. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c. Et respõdit petrus. Quotiẽs peccauerit in me frater meus ⁊ dimittã ei ⁊c. Tertio in discipulorũ separatione. Job. vj. Nunqd̃ ⁊ vos vultis abire. Rñdit ei petrus. Ad quẽ ibimus verba vite eterne habes. Quarto ptz etiã plenitudo potestatis que cõcessa fuerat petro ex singulari signorũ ostẽsione. qz multa signa ostẽdit ei dñs q̃ ipe esset caput apostolorũ. Primo in pedum ablutione. qz dicit augustinus. ante quẽ nõ pcessit alius. Secundo in maris piscatione. quia alijs apostolis dixit. Laxate retia. sed petro dixit. Duc in altum. tanq̃ capiti. Tertio singulari oratiõe. quia specialiter rogauit pro fide petri. Luc. xxij. Ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primã respondetur q̃ aliquo modo bene conuenit petro esse fundamẽtum ecclesie. Nam non solum ipse. sed etiam alij apostoli dicuntur fundamenta. sm illud Apoca. xxj. Murus ciuitatis habens fundamẽta duodecim ⁊ in ipsis duodecim nomina apostolorũ. Pro quo notandum iuxta sanctũ thomam super eodẽ loco. (scilicet j. Lor. tertio. lec. secũda.) q̃ duplex est fundamentũ. Vnum quidem quod per se habet soliditatem. sicut rupes aliqua sup̃ quaz edificiũ constituitur. ⁊ huic fundamento christus comparatur. ⁊ loquitur apostolus hic. Ipse enim est petra. de qua dicit mathei. vij. Fundata enim erat supra firmam petram. Aliud aũt est fundamentuz quod habet soliditatem nõ ex se sed ex alio solido subiecto. sicut lapides qui primo superponunt petre. ⁊ hoc modo apostoli dicuntur esse fundamentum ecclesie. quia ipsi primo supedificati sunt christo per fidem ⁊ caritatem. Unde dicit ad Ephe. ij. Superedificati super fundamẽtũ apostolorũ ⁊ prophetarum ⁊c. Inter apostolos ꝯo singularius petrus. Tum. qz ipse primus fuit cõfessor huiusmodi fidei supra quam ecclesia fundata est. Tum secundo. quia q̃tum ad potestatem iurisdictio

nis ecclesie.prout structura ecclesie surgit ꝓm diuersos gradus ipsius potestatis.sic petrus est iste super quem ipse christus post se fundauit ecclesiam dando sibi claues ecclesie. faciens eum solum generalem vicarius super totam ecclesiam ⁊ super omnes ecclesiasticos gradus in ecclesia contentos.et sic ecclesia non est fundata super alios apostolos.quia tota potestas ecclesie fuit petro collata. Nec habet ecclesia aliquam potestatez iurisdictionis nisi quam christus petro concessit. ¶ Ad secūdam respondetur.ꝙ licet solius dei sit propria auctoritate absoluere.fuit tamen petri et eorum quibus cum eo claues dedit sicut ministrorum et dispensatorum ministeriorum dei. Et ad auctoritatem inductam respondetur.ꝙ non est ad propositum.quia(vt habet quarto sententiarum.distinctione decima octaua.questione prima. articulo primo. questiuncula prima. ad (secundum.) ibi loquitur de clausione qua xp̄s clausit limbū ne aliquis vltra in illum descendat.⁊ de apertione qua paradisum aperuit remoto impedimēto nature per suā passionē. Hoc cū solus erat xp̄i qui humani generis sol redēptor fuit. ¶ Ad tertiā rūdetur. ꝙ illa ratio bene probat ꝙ directe ad remissionē culpe potestas clauium non operatur sed bene dispositiue.

D tertiam questionez sic proceditur.et videtur ꝙ cathedra siue sede petri sicut fuit translata de antiochia romam.ita possit transferri ad aliam regionem ⁊ vrbem. ¶ Primo sic.petrus non fuit minoris potestatis post trāslationez in romam q̄ ante.ergo eque potuit successor eius qui est equalis potestatis transferre de roma ad aliam regionem sicut ante. ¶ Secundo sic. papa est episcopus vniuersalis ecclesie que per orbē diffunditur.ergo in q̄libet regione potest suaz cathedram instituere.consequētia videtur bona. ¶ Tertio sic. papa propter plenitudinē potestatis nō magis coartatur loco q̄ tempore.ita ꝙ possit plus vno tempore q̄ alio.⁊ plus vno loco q̄ alio loco.ergo non magis tenetur residere in vno loco q̄ in alio. ¶ In oppositum videtur.id quod institutum est auctoritate diuina ⁊ inspiratione diuina nō est tutum nec cōueniēs per summum pontificē mutari.aut aliter ordinari.sed sedes apostolica auctoritate domini fuit trāslata in romā.ergo videtur ꝙ sine expressa auctoritate dei non possit per summū pontificē trāsferri in aliam regionem. ¶ Respondeo dicendū.ꝙ hic no que-

simus de potestate absoluta ꝗd posset fieri. quia certuz est ꝙ rationabilibus causis occurrentibus posset trãsferri in aliam regionem. Sed de cõueniencia siue de congruitate. ⁊ tunc videk nobis ꝙ non posset. Et hoc multiplici ratione. Primo ratione iam dicta in arguendo. quia talis translatio in romã fuit mandato et auctoritate domini facta. ⁊ non legitur hoc nec reuocatum nec mutatum. vnde videtur ꝙ translatio huiusmodi conuenienter fieri non posset. Secundo sic. quod est datum apostolis petro et paulo pro gloria ⁊ magnitudine sanctitatis eorũ non debet per aliquos summos põtifices successores eis auferri. sed magis cum omni reuerentia et deuotione conseruari. ꝛm quod dicitur. vij. q. vij. ꝙ non sine causa factuz putemus ꝙ petrus ⁊ paulus vna die ⁊ eodem loco scilicet vrbe roma sub vna persecutione passi sunt. qr dies electus est eis pro merito. locus ꝓ gloria. ⁊ persecutio pro virtute. Si ergo locus talis datꝰ est eis pro gloria. scz ꝙ rome ⁊ non alibi martyrio coronarentur. non esset conueniens ꝙ sedes petri alibi transferretur. Tertio sic. ꝗd optima ratione institutuz est nulla causa videtur mutandum aut variandũ. sed translatio ista de antiochia in romaz fuit optima ratione facta propter honorem fidei christiane et gloriam apostolice sedis et ecclesiastici principatus. Unde. ij. q. vij. Beati in vrbe roma petrus ⁊ paulus martyrium pertulerũt. que principatum ⁊ caput obtinebat nationum. vt vbi erat caput superstitionis. illic caput quiesceret sanctitatis. et vbi gentiliũ princeps habitabat. illic ecclesiaruz princeps morarretur. ¶ Ad rationes in opposituz. Ad omnes sufficit vna responsio scz ꝙ verum concludit de potestate absoluta. sed de cõueniencia ⁊ congruitate non. Uel respõdetur ꝙ potestas pape circa hoc est impedita. quia translatio illa facta fuit auctoritate et precepto dei. ita ꝙ ibi alius sine inspiratione diuina ⁊ eiꝰ auctoritate nihil posset agere in contrarium.

In festo sãcti matthie apostoli ẽ euãgeliũ. Confiteboz tibi pater celi ⁊ cek. Mat. xj. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. vtrum beatus matthias per virtutem humilitatis meruit vt a patre celesti reuelaretur siue ostẽderek ad apostolatũ assumẽdus. ¶ Scdo. vtrum matthias nouit filiũ dei. ¶ Tertio. vtrum melioz sit semper eligendus ad dignitatem ecclesiasticam.

D primaz questionez sic pceditur. Et videtur ꝙ beatus matthias per virtutem hũilitatis meruerit vt a patre celesti reuelaret siue ostẽderetur ad apostolatũ assumend⁹.
¶ Primo sic. matthias ad apostolatũ elect⁹ est p sortẽ. vt habet Act. j. ergo nõ p meritũ humilitatis. ¶ Scdo sic. meritũ cõsistit in caritate. ergo sctũs matthias non per virtutez humilitatis meruit vocari ad apostolatuz. ¶ In oppositum videtur euangelium vbi dicitur. Cõfitebor tibi pater quia abscondisti hec a sapientibus ⁊ prudentibus. s. superbis. ⁊ reuelasti ea puulis. i. humilibus Prouerb. xj. Ubi humilitas. ibi sapientia. Matthias interpretatur humilis ⁊ paruul⁹. ¶ Respõdeo dicendũ ꝙ beatus matthias meruit prouehi ad apostolatum per virtutem humilitatis caritate informãte Job. xxij. Qui humiliat⁹ fuerit erit in gloria. Et prouer. xv. Gloriaz precedit humilitas. Et luce. xiiij. Qui se humiliat exaltabitur. ⁊ per multas alias virtutes quib⁹ plen⁹ fuit. Erat enim vt dr in historia sua. de illustri pro sapiẽtia oriundus qui litteris tradit⁹ omnẽ in breui legis ⁊ pphetarũ scientiam apprehẽdit lasciuiam quoqz abhorrens pueriles annos morum maturitate vincebat. Informabat quoqz animus eius ad virtutem vt esset ad intelligentiam habilis. ad misericordiam facilis. in prosperis nõ elatus. in aduersis constãs. ⁊ interpidus satagebat vt qd̃ sensu perceperat opere cõpleret. Fuit in lege doctissimus corpore mũdus. animo prudens in soluẽdis q̃stionib⁹ sacre scripture expertus. in consilio. prud⁹ in seminatione verbi dei expeditus. ¶ Ad rationes in oppositũ. ¶ Ad primã respondet. negãdo consequentiaz. Et ratio est. qꝛ ꝙ sors super eũ caderet meritorũ virtutum suarũ fuit. Nec exemplo. vt ait Hiero. est sortibus vtendũ qꝛ priuilegia paucoꝝ cõmunem legẽ non faciunt. Preterea tunc temporis donec veritas esset propalata licuit obseruare sortes. vt dicit beda. Vera enim hostia in passione fuit immolata. sz in pentecoste cõsummata. Et ideo in electiõe matthie sortibus vsi sunt. ne a lege discreparent in q̃ summ⁹ sacerdos sorte querebat. Post petecosten vo iam veritate propalata. septem diaconos nõ sorte sed discipulorum electione. apostolorum vo oratione et man⁹ impositione ordinati sunt. (vt habetur. j. j. q. xcv. art. viij.) Cuiusmodi autem fuerunt huiusmodi sortes. duo fuit modi dicendi. Hieronymus et beda volunt ꝙ he sortes tales fuerint q̃les Ille quarũ in lege veteri cre-

berrimus vsus erat. Dionysius autem qui fuit pauli discipulus irreligiosum existimauit hoc arbitrari. asserēs sibi videri ꝙ sors illa nihil aliud fuerit nisi quidā splendor ⁊ radius diuinitus super matthiā emissus. per quem ipse ostendebatur in apostolum assumendus. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet caritatis sit principalis radix meriti. per alias tamen virtutes in ꝗtum sunt formate caritate ꝗs meretur. Unde augustin⁹ libro de trinitate. Humilitatis passibus ad celi culmina ascēditur. quia deus excelsus non supbia sed humilitate attingitur.

D secundā questionez sic procedit. ⁊ videtur ꝙ sanct⁹ matthias non nouit filium dei ex p̄senti euangelio. vbi dicitur. ꝙ nemo nouit filium nisi pater. ¶ In oppositum arguitur. quia sctus matthias fuit primo vnus de septuagintaduobus discipulis. et ita nouit magistrū suum filium dei incarnatum. ¶ Preterea. factus apostolus ductus in conciliū facta longa disputatione contra summū pontificez ipsum alloquentē. ⁊ ipse per legem ac ꝓphetas ostendebat manifeste que de xpo erant protestans se seruum eius ⁊ in ipsum credere. ⁊ ita nouit eum. ¶ Preterea. cum sit beatus iam in patria positus ⁊ beatitudo sanctorum consistit in eius visione. ꝓm illud Job. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum verū deum. ⁊ quez misisti iesum xpm ergo multipliciter filiū dei nouit. ¶ Respōdeo dicendū ꝙ potest distingui visio siue cognitio dei. Una est naturalis quam homo per lumen naturalis rationis ex creaturis que sunt vestigia quedā dei colligit cognitionem aliquā de deo. De qua dicit apostolus ad Rom̄. j. ꝙ notum id est. qd̄ cognoscibile est de deo ab homine per rationē manifestum est in illis. Dis enim ostendit illis. vno modo infundendo eis lumen interi⁹ per qd̄ homo cognoscit. ps. Emitte lucē tuam ⁊ veritatē tuam. Secūdo preponendo sue sapientie signa exterioza scilz sensibiles creaturas. Eccl. j. Effudit illam scz sapientiam super omnia opera eius. in quibus sicut in quodā libro dei cognitio legeretur. Unde sequitur. inuisibilia dei scz vnitatem dei bonitatē. sapientiā. ⁊ hmōi. per ea que facta sunt. Sicut em̄ ars manifestat per opera artificis. ita ⁊ dei sapiētia per creaturas. Sapien. xiij. A magnitudine em̄ speciei creature poterit eorum creator videri. Secūda cognitio siue visio est que habetur mediante lumine fidei. non

per intellectuz. ⁊ est eorum que excedunt omnem intellectū. sed tantū habet per reuelationē diuinā factā per scripturā sanctā. aut per predicationē xpi ⁊ apostolorz suorū. sicut sunt ꝙ deus est trinus ⁊ vnus. ꝙ sit generatio eterna in diuinis ⁊ processio spūssancti. ꝙ filiꝰ dei fuit incarnatus. ꝙ sit futurus iudex viuorz ⁊ mortuorū. ⁊ reliqua fidei mysteria. que vt dicit apostolus. j. Corz. ij. Nobis reuelauit deꝰ per spiritum suum. spiritꝰ enī omnia scrutat etiam perfunda dei. Et ista visio est cōmunis omnibus fidelibus. Tertia cognitio siue visio que dicitur beatifica. scilz visio dei per essentiā. quia in ea consistit beatitudo omniū sanctorū. ꝟm illud Job is. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant ⁊c. De qua dicit apostolus. j. Corz. xiij. Videmus autem nunc per speculuz. id est per creaturas in enigmate. i. in obscuro. tunc videbimꝰ in patria facie ad faciē. Et. j. Job. iij. Videbimꝰ eum sicuti est. Et ista est cōmunis omnibus sanctis. Quarta visio dei dicitur visio per comprehēsionez. ⁊ ista sola est diuinarū personarum. De ista dicitur Job. j. Deū nemo vidit vnq̄. Super quo verbo dicit Chrysosto. Nec ipse celestes essentie. ipsa dico cherubin ⁊ seraphin. ipsum vt est vnq̄ videre potuerūt. Et de tali visione loquitur in presenti euangelio. Tunc respōdet ad questionē ꝙ beatus matthias et alij beati vidēt filiū dei visione beatifica. et primo in hac peregrinatione existētes viderūt per fidem. Nō vident nec videbūt visione comprehensiua filiuz dei. quia deus infinitus est. ⁊ ita incōprehēsibilis ab intellectu finito. Omne enim qd̄ comprehēdit aliqd vel est maius vel equale illi. nullus autem intellectꝰ creatus potest esse maior deo nec equalis vnde a nullo hoc modo creato intellectu est visibilis. Huiusmodi eīm visio sancte trinitati ppria est. Nec est ꝓtra hoc qd̄ dicit in presenti euāgelio. ꝙ nemo nouit filium nisi pater qz per ly nisi non excludit spūssctūs. Pro quo notandū ꝙ (vt habet. j. par. q. xxxj. ar. iiij.) dictiones exclusiue aliqñ addunt noibus diuinis essentialibus. aliqñ psonalibꝰ. Et cuz adiungūtur psonalibꝰ respectu termini essentialis. nō excludūt id qd̄ idē est in natura. sed potiꝰ includūt. qz lz alia sit psona patris alia filij alia spūssctī. tū iste tres psone sunt vnꝰ deus. ita ꝙ nec in deitate nec in essentia habent aliquā alietatē. dictio autē exclusiua solū excludit qd̄ alietatē importat. noticia aūt absolute sumpta essentialiter accipitur. ⁊ ideo communis est tribus Et ideo cum dicitur ꝙ nemo nouit filium nisi pater. per hanc dictionem exclusiuam nisi ab hac noticia non excludit spiritussanctus. sed magis includitur. Per

hoc respōsio fit ad totum.

D tertiaz questionem vtꝝ necesse sit semper eligere meliores ad dignitatē ecclesiasticaz sic ꝓcedit. Et videt ꝙ sic. ¶ Primo ex electione Matthie. quia licet ioseph esset bonus. vñ nominatur iustus. tamē matthias qꝛ erat melior est electus. ¶ Secundo sic. Ex electione petri. dominus enim petruz cui commissurus erat pastorale officiū examinauit. si se diligeret plus ceteris. sz ex hoc aliqui s melior est ꝙ deum plus diligit ergo videt ꝙ ad dignitatem ecclesiasticam semp melior est eligend⁹. ¶ Tertio arguitur ex illo symachi pape. vilissimus computandus est nisi scientia ⁊ sanctitate precellat qui est dignitate prestantior. ¶ In opposituz est decretalis. d. ꝙ sufficit eligere bonū. nec oportet eligere meliorem. ¶ Respondeo dicendum iuxta sanctū tho. (quolibeto. viij. ar. vj.) ꝙ aliqs homo bon⁹ vel melior altero. dꝛ dupliciter. Uno modo simpliciter. ⁊ sic melior est qui est in caritate perfectior. Alio modo fm quid. ⁊ sic dꝛ aliquis esse melior altero vel ad militiaz vel ad magisterium vel ad prelationez vel aliquid huiusmodi. q̄ non est melior simpliciter. eo qꝛ in singulis officijs taz spiritualibus q̄ temporalib⁹ requiruntur aliqua preter bonitatem moralē ad hoc ꝙ aliquis sit idoneus ad illud officium exercendū. Dicendū ergo. ⁊ sit ista cōclusio prima. ꝙ oportet eligere ad prelationez vel ad quodcunqz officiū ecclesiasticuz aliquē qui sit bon⁹ simpliciter eo ꝙ ꝑ quodlibet peccatū mortale aliqs reddit indign⁹ ad qōlibet officiū spirituale exequendū. vñ dicit dionysius in epistola ad dinopholū monachū loquēs de sacerdote. Qui non est gratia illuminatus non est sacerdos. sz est inimic⁹ dolosus deluso⁹ suij ipsi⁹ ⁊ lupus cōtra dñicuz ꝓp̄m pelle ouina armatus. Scda cōclusio. Non oportet ꝙ semper eligend⁹ sit melior simpliciter. Ptz ꝛclusio. qꝛ possibile est ꝙ ille q̄ est ꝑfectior in caritate deficiat in multis q̄ reqrunt ad hoc ꝙ aliqs sit idone⁹ prelatus. que in alio q̄ est minoris caritatis inueniunt. vt sciētia. industria. ⁊ potētia ⁊ huiusmodi. vñ nō oportet semp eligere meliorem simpliciter. sz eū qui sit melior ad officiū. Tertia ꝛclusio. Si q̄s eligit eū quem reputat minus idoneū ad tale officiū peccat. Pz ꝛclusio. qꝛ nō potest esse ꝙ de duob⁹ vnus preeligatur nisi ꝓpter aliq̄d in ipso cōsideratū. illud aūt qd̄ considerat in eo q̄ minus est idone⁹ ad hoc ꝙ magis idoneo preferatur est aliqua conditio indebite monēs vtpote familiaritas vel consan-

guinitas vel aliquid hmōi. non em̄ potest esse cōditio ad idoneitatem pertinēs ex quo alter simpliciter melior reputat. ⁊ sic indebite monet. ⁊ in tali electione est acceptio persone que sine peccato esse non potest. ¶ Ad rōnes in oppositū. ¶ Ad primam rndet negando consequentiam. nisi intelligendo de meliori. vt dictum est. ¶ Ad secūdam respondetur. negādo cōsequentiā. Et ratio est qr petr⁹ nō solū pre ceteris eminebat dilectione diuina. sz etiam erat idoneus ad gubernandū ecclesiam pre ceteris. ¶ Ad tertiā rndetur. q̄ auctoritas illa est intelligenda q̄tuz ad studiū illius qui est in dignitate cōstitutus dz enim ad hoc intendere vt talem se exhibeat vt ceteros scientia ⁊ sanctitate precellat. vt gregori⁹ dicit in pastoralibus. nō autez si bi imputandū est si ante prelationem excellētior non fuerit. vt ex hoc debeat vilissimus reputari.

In festo beati thome. aliqui legunt euangelium. Vos estis sal terre ⁊c. mat. v. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. vtruz doctoribus aureola debeatur in regno celorum. ¶ Secunda. vtrū predicator vel doctor teneatur facere qd dicit ex presenti euangelio

In primā questione sic procedit. Et videtur q̄ aureola non debeatur doctoribus i regno celorū. Quia omne premium qd in futuro habebitur alicui actui virtutis rndet. sed predicare ⁊ docere nō est actus alicuius virtutis. ergo doctrine vel p̄dicatiōi nō debet aureola. ¶ Scdo sic. p̄dicare ⁊ docere ex studio pueniūt. sz ea que premiant in futuro nō sunt acq̄sita per humanuz studiū. qr naturalibus ⁊ acquisitis nō meremur ergo p doctrina et predicatione nullus in futuro merek aureolā. ¶ Tertio. exaltatio in futuro rndet humilitati presenti. qr qui se humiliat exaltabitur. sz in docēdo ⁊ predicādo nō est se humiliatio. imo magis superbie occasio Unde glo. dicit mat. iiij. q̄ diabol⁹ multos decepit honore magisterij inflatos. ¶ In oppositum est euangeliū presens. Qui fecerit docuerit hic magnus vocabit in regno celoz. Scdo est qd super illud. Eph. j. Ut sciatis q̄ sit supeminens ⁊c. dicit glosa. quoddā crementū habebūt sancti doctores vltra id qd alij cōmuniter habebunt. ¶ Rndeo dicendū. q̄ (vt habek. iiij. sen. di. xlix. q. v. ar. iij. q. iij.) sicut p martyrium ⁊ virginitatem aliquis perfectissimam

victoriam obtinet de carne ⁊ mũdo. ita etiam perfectissima cõtra diabolum obtinet. qñ aliquis nõ solũ diabolo impugnãti nõ cedit sz etiã eũ repellit nõ solũ a se sed etiã ab alijs. Hoc aũt fit per predicationẽ ⁊ doctrinã. ⁊ ideo predicationi et doctrine aureola debetur. sicut virginitati ⁊ martyrio. Nec est dicendũ vt quidaz dicũt q̃ debeat tantũ prelatis quibus cõpetit ex officio predicare ⁊ docere. sz quibuscũq̃ qui hũc actũ exercent. prelatis aũt nõ debetur q̃uis habeãt officium predicandi nisi actu doceãt et predicent. qz corona non debet habituali sed actuali pugne. ꝛm illud ij. Timoth. ij. Nõ coronabitur nisi qui legitime certauerit. Notatur autem q̃ tria requiruntur ad hoc q̃ doctorib⁹ aureola debeatur. Primũ est ex parte doctrine que docet. s. q̃ sit de pertinẽtib⁹ ad salutez. p quã diabolus a cordibus hominũ expellatur sicut q̃busdam spiritualibus armis. de quibus dr. ij. Cor. x. Arma militie nostre nõ sunt carnalia sz spiritualia ⁊c. Secõdo requirit ex pte docẽtis q̃ actu doceat ⁊ predicet. vt dictũ est. Tertio requirit ex parte finis. s. q̃ doceat ⁊ predicet simpliciter ad gloriaz dei. (vt habet quolibeto. v. ar. xiij.) ¶ Ad rationes in oppositũ. ¶ Ad primaz rñdetur negãdo minorẽ. Dicimus enim q̃ predicare ⁊ docere sunt act⁹ alicuius virtutis s. misericordie. ⁊ inter spiritualeſ elemosynas cõputant. ¶ Ad secõdam rñdet. negando psequentiam. Et ratio est. qz q̃uis facultas predicandi ⁊ docendi qñq̃ ex studio pueniat. tũ vsus doctrine ex voluntate pcedit q̃ p caritatẽ informat a deo infusã. ⁊ sic act⁹ eius meritori⁹ esse potest. ¶ Ad tertiam rñdet negãdo psequentiam. Et ratio est. qz exaltatio in hac vita non diminuet alterius vite premium. nisi ei qui in tali exaltatione propriaz gloriã querit. qui autẽ talez exaltationẽ in vtilitatem aliorũ cõuertit. ex ea sibi mercedem acquirit.

D secũdaz questionẽ vt q̃ predicator vel doctor teneat facere qõ dicit. ¶ Primo pceditur. Et videtur q̃ sic ex presenti euangelio. Qui fecerit et docuerit hic magnus ⁊c. ergo videtur q̃ qui facit contrariuz hmõi qõ pdicat errat ⁊ peccat. ¶ Secõdo sic. dicit apl's. j. Cor. ix. Castigo corpus meũ ⁊ in seruitutẽ redigo. ne forte cũ alijs pdicaueriz ipse reprob⁹ efficiar. Itẽ ad Ro. ij. dicẽ. Qui ergo alium doces teipsum nõ doces. ¶ Tertio sic. predicator euãgelij tenetur imitari formã eius qui condidit euangeliũ sz saluator noster iesus faciebat que predicabat Vñ de ipso dr Act. j. Cepit iesus facere ⁊ docere. ergo vi

detur ꝙ ille qui predicat euãgeliuz vel docet teneatur facere qd predicat. ¶ In oppositum est ꝙ aliquando quis predicat aut docet perfectionem quam tamen non facit ⁊ etiam non videtur teneri. vt cuz secularis predicat perfectionem religiosis ⁊ perfectis ergo predicatoz vel doctoz non tenetur semper facere quod docet. ¶ Respondeo dicendũ iuxta alexãdruz de halis in. iij. sub ista conclusione ꝙ quilibet tenet facere qd dicit. ꝑm ꝙ asserit alios teneri ad faciendum quod dicit. hoc tamen quod asseritur esse faciendum vel asseritur generaliter vel solum ꝑm statuz. generaliter sicut asseritur de illis que pertinent ad statum salutis. ꝑm statũ sicut asseritur de his que pertinent ad statũ perfectionis. vtpote religionis ad quã omnes non tenentur. et sic predicatoz non tenetur facere quod dicit. Dicitur ergo ꝙ pdicatoz ratione sui officij nõ tenetur omnia facere que docet aut predicat ad que alias non tenebatur. si enim omnia facit que predicat hoc perfectiõis est non necessitatis si aliqua predicat ad que alias non tenebat. Sz si ea que predicat ad q̃ alias tenebat. sicut sunt precepta dei ⁊ ecclesie et forte aliqua alia ad q̃ forte voto tenebatur. sic planum est ꝙ ad ista tenetur tentione necessitatis. Sed cum predicat ea ad que alias non tenebatur. non video rationẽ quare predicationis ratione ad illa teneatur tentiõe necessitatis. nisi in casu forte vbi non seruaret illa. esset probabilis occasio scandali in auditoribus per quod posset preiudicium fieri veritati. ¶ Ad rationes in oppositum. ⁊ ad auctoritates apostoli dico. ꝙ intelligunt̃ de illis ad que prius tenebatur. ¶ Ad rationem de christo ꝙ predicatoz dz imitari formam illi qui condidit euangelium ⁊c. Respondetur ꝙ si hoc intelligatur necessarium tunc verum est ꝙ q̃tuz ad ea que sunt necessaria ad salutem tenetur. ad alia aũt non tenetur nisi ratione scandali loquendo de tentione necessitatis. Et tantuz ad presens de ista questione.

In festo sãcti Gregorij est euãgeliũ. Vigilate ergo quia nesciti ⁊c. Mat. xxiiij. Circa quod possunt disputari sequentes q̃stiones. ¶ Prima. vtruz melius facit qui consentit electioni canonice de se facte q̃ qui eam recusat. ¶ Secunda. vtrum precibus beati gregorij fuit liberatꝰ traianꝰ de penis inferni. ¶ Tertia. vtrum stat cum perfectione papatꝰ possidere quasi ꝓprias diuitias aut facultates terrenas.

D primaz q̃stionē. vtruz melius facit qui consentit electioni canonice de se facte q̃ q̃ eaz recusat. Et videtur q̃ melius facit qui consentit. Dicit enīz grego. xxij. moral'. Potestas cuz percipitur non ex libidine amanda est. sed quando aliquis per canonicaz electionē episcopalē dignitatem adipiscitur non percipit eam ex libidine ergo dz eam amare. non ergō dz eam recusare. ¶ In oppositū arguitur exēplo beati gregorij cuius festum hodie colitur. q̃ multipliciter electionuz de se factā recusauit. ¶ Rñdeo dicendum. q̃ (vt hab ex quolibeto. v. ar. xxij.) ille q̃ electioni canonice de se facte cōsentit cōsiderare precipue dz q̃d intēdit. Si enī intēdit aliqd̄ temporale. puta honorē. diuitias exercere se a iugo religiōis aut aliqd̄ huiusmodi. manifestū est q̃ est praua intētio. Unde ponitur p̃ exclusione. q̃ melius faceret si nō assentiret. Si autez intēdit pfectum ecclesie. sic planū est q̃ est recta intentio. Unde aug. dicit xix. de ciuita. dei. In actione nō amādus est honor in hac vita siue potētia. sz op̄ ipsum si recte atq̃ vtiliter fit vt valeat ad salutem subditorū. Sz quia ad hoc opus maxima requiritur idoneitas ad qd̄ humana fragilitas sz proprias vires sufficiens nō cit potest ergo aliquis laudabiliter considerans proprium defectuz ex humilitate officium prelationis recusare. sicut hieremias dixit. Nescio loqui q̃ puer ꝛc. potest etiam laudabiliter consentire ex caritate fraterna vt salutē primorum procuret. sicut esayas qui dixit. Ecce mitte me. sz sicut dicit grego. in pastorali inuitroq̃ est subtiliter intuendum. q̃ ꝛ is qui recusauit plene non restitit. ꝛ is qui mitti voluit ante se per altaris calculū purgatū vidit ne aut nō purgatus adire quisq̃ sacra ministeria audeat. aut qui superna gratia eligit sub humilitatis specie supne dispositiōi cōtradicat. q̃ ergo valde difficile est purgatū sic quēlibet agnoscere. platiōis officiū tutius declinatur. non tñ ptinaciter cū ad suscipiendū supna voluntas agnoscitur. ¶ Ad rōnes in oppositum rñdet. q̃ illud verbū gregorij nō dz sic intelligi. ptās cū ex libidine nō percipit amanda est. sz ita potestas cuz pcipitur nō est amāda ex libidine. subdit enim. sz ex longanimitate toleranda.

D secundā questionē sic procedit. Et videt q̃ traian̄ precibus grego. nō fuerit ab inferno

liberat⁹. ¶ Primo sic. Dicit Dionisi⁹. vij. celestis hierarchie. Summus sacerdos si mund⁹ nō orat. ⁊ in hoc auerteretur a diuino ordine Et cōmentator ibidē dicit. ꝙ peccatorib⁹ nō orat remissionem. q̄ non audiretur ꝑ illis. ergo non valēt preces sanctoꝝ existentibus in iferno. ¶ Secundo sic. Dicit beatus Grego. xiij. moralis. Eadem causa est vt nō oretur post diem iudicij ꝑ hominib⁹ eterno igne dānatis q̄ nunc causa est vt nō orent sancti ꝑ hoib⁹ infidelibus impijsq̄ defunctis. ¶ Tertio sic. Dicit Au. ꝙ fine fide operante ꝑ dilectionē eiusq̄ sacramentis q̄ de corpore exeūt frustra illis huiusmodi officia impendunt. ergo nō ꝓsunt p̄ces aut suffragia que fiunt pro dānatis. sed Traianus erat dānatus. ergo p̄ces Grego. non poterāt eum liberare. ¶ In oppositū est historia. Item Damas. in vno sermone narrat ꝙ Grego. ꝑ Traiano orationem fundēs audiuit vocem diuinitus sibi illatā. Vocem tuam audiui. ⁊ veniā traiano do. Cui⁹ rei vt damascen⁹ dicit in eodem sermone. testis est occidens ⁊ orienS. ¶ Respondeo dicendum iuxta sanctū tho. in. iiij. (dis. xlv. q. j. art. iij. q. j. ad v.) ꝙ deputati ad infernum sunt in duplici differentia. Quidā sūt deputati simpliciter ⁊ ꝑm p̄sentem iusticiam ⁊ ꝑm superiores causas. et ꝑ talibus nunq̄ fienda sunt suffragia. nō enim eis prodessent p̄ces quorūcūq̄ sctōrum. Alij sunt deputati in iferno non simpliciter sz ꝑm presentē iusticiam ꝓpriorum meritoꝝ. ꝑm aūt superiores causas q̄b⁹ p̄uidebant ad vitā reuocādi. erat de eis aliter disponēdū. Et tales videntur fuisse mlti q̄ fuerūt a mortuis resuscitati quoꝝ plures ꝓstat idolatras ⁊ dānatos fuisse et. talib⁹ potuerunt preces sanctorum suffragari. ⁊ de numero talium creditur fuisse Traian⁹ vt ꝓbabiliter pōt estimari. vt dicit sanctus thomas ꝙ q̄ñ precib⁹ beati grego. Traianus ad vitam fuerat reuocatus. etiam ibi gratiam cōsecutus sit ꝑ quam remissionem peccatoꝝ habuerit. et per consequēs imunitatem a pena. ¶ Ad rationes ptz respōsio. Procedūt enim deputatis simpliciter in iferno. Vel dicendum est ꝙ aliud est resuscitari ad vitam presentem precibus sanctoꝝ. ⁊ in hac vita ꝓsequi gratiam per quam remittuntur ei peccata sua. ⁊ aliud est ꝙ dānatis in iferno ibi ꝑmanentibus prosunt suffragia.

Deteriam questinem sic ꝓceditur. Et videt ꝙ non stet cum statu ꝓfectionis papat⁹ posse dere q̄ñ ꝓprias diuitias aut facultates terrenas. ¶ Primo sic. Epi in ecclesia tenēt locū aposto

lor. vt dicit glosa Luce. x. Et habetur in. c. decre. xxj. di. Sz apostolis dñs pcepit vt nihil ppriũ possiderent. Sm illud Matth. x. Nolite possidere aurũ nec argentuz nec pecuniã in zonis vestris. Unde et Petrus cui papa succedit. p se ⁊ alijs apstolis dicit. Ecce nos relinquimus oia ⁊ secuti sumus te. Matth. xix. ergo videtur q̃ papa ⁊ alij episcopi teneãtur ad huiusmodi mãdati observantiam vt nihil pprium possideant. ¶ Secundo sic. Uoluntaria pauptas ad pfectionez videtur requiri. Sm illud Matth. xix. Si vis pfectus esse vade et vẽde omnia que habes ⁊ da pauperibus. Sz papa ⁊ episcopi assumũtur ad statũ pfectionis. ergo videtur q̃ non stet cũ statu pfectiõis pape aliq̃d quasi pppriũ possidere. ¶ Tertio sic Hieronym⁹ dicit ad Nepocianũ. Cleros grece latine sors appellatur. Et habet in. c. cleros. xxj. di. ppter ea clerici dicunt. qz de sorte domini sunt. vel qz ipse dñs sors. i. pars clericorũ est. q̃ aũt dñm possidet nihil extra deum possidere potest. si aũt aurz si argẽtũ si possessionez varias suppllectiliũ habet cũ istis partibus. nõ dignat⁹ dominⁿ fieri pars eiⁿ. ergo videtur q̃ papa ⁊ episcopi ⁊ nõ solũ episcopi sed etiaz clerici debeãt ppriis carere. ¶ Quarto Christus cuiⁿ vicariⁿ est cvices gerit in terris papa. gessit vitaz humilez ⁊ pauperẽ, ita sicut dz Mat. viij. Filiⁿ hominis nõ habet vbi caput reclinet. ergo papa debet imitari eũ. ⁊ ita fecit Petrⁿ primus papa ab eo institutus. qui ait. Aurũ ⁊ argentum nõ est mihi. ergo videt repugnare statui pfectionis papatus qui dicit vicariatum xpi habere in proprio diuitias ⁊ facultates terrenas. ¶ In oppositum arguit ex euangelio pñti sic. Spectat ad fidelem seruum ⁊ prudentẽ cõstitutum sup ecclesia habere ea quibus posset cibũ ministrare familie. non tantũ verbi dei aut exẽpli honestatis. sed etiaz subsidij temporalis. Unde Christus tradidit Petro quem constituebat super totam ecclesiam cui succedit papa. Pasce oues meas. ad significandum triplicẽ pastuz. s. pastum corporalem siue subsidij temporalis. quẽ nõ potest facere nisi habeat de quibus ergo ex ipsa institutiõe xpi nõ repugnat statui pfectionis pape aut eporz habere terrena bona quibⁿ indigentibⁿ subuenire possint de aliquo pastu. ¶ Secũdo arguit ex illo. c. episcopi. xij. q. j. vbi dicit. Episcopus de rebⁿ ppriis vel acquisitis vel si aliq̃d de ppro habeat heredibus suis relinquat. ¶ Rñdeo dicendũ. q̃ nõ derogat statui pfectionis papatⁿ aut episcopatⁿ possidere aliquid ppriũ vt diuitias ⁊ terrenas facultates Ista ꝛclusio patet sic iuxta sanctũ thomã (ij. ij. q. clxxxv. ar. vj.) Ad ea que sunt superogationis

nullas tenetur nisi se specialiter ad id voto astringat. Vñ Augustin⁹ dicit in epistola ad paulinum armentariū. Quia iam vouisti iam te astrinxisti. aliud tibi facere non licet. prius⁹ esses voti reus liberuz fuit ꝙ esses inferior. Manifestū est autē ꝙ viuere absq; ꝓprio superogationis est. non em̄ cadit sub precepto sz sub ꝓsilio. Vnde cuz Matthei. xix. dixisset dñs adolescenti. Si vis ad vitam ingredi serua mādata. postea subdit supaddendo. Si vis perfect⁹ esse vade ⁊ vēde omnia ⁊c. non autē papa nec alij ep̄i in sua ordinatiōe se obligāt vt absq; ꝓprio viuant. nec etiaz absq; ꝓprio viuere ex necessitate req̄ritur ad pastorale officiuz ad qd̄ se obligant. ⁊ ideo nec papa nec episcopi. tenenť absq; proprio viuere. ⁊ p ꝓsequēs nō repugnat statui pfectiōis eorꝝ possidere diuitias et bona tpalia. ¶ Ad rōnes in oppositū. ¶ Ad primaz respondeť (vbi. s. ad. ij.) negādo ꝙ papa ⁊ episcopi alij teneantur illud obseruare. aut sint obligati ad illud qd̄ dictum fuit apostolis. Pro quo notandū ꝙ verba illa dñi possūt triplr intelligi ꝑ doctores. Vno modo mystice vt non possideam⁹ aurū nec argentum. i. vt predicatores nō innitātur principaliter sapientie ⁊ eloquentie tpali. vt Hiero. exponit. Alio modo sicut Augu. exponit in li. de cōsensu euangelistarꝝ. vt intelligať hoc dñm non p̄cepisse sz magis pmittēdo dixisse. Permisit em̄ eis vt absq; argento et auro ⁊ alijs sumptib⁹ ad p̄dicandum irēt accepturi sumpt⁹ vite ab his quib⁹ p̄dicabant. Vñ subdit dign⁹ est em̄ opari⁹ cibo suo. ita tñ ꝙ si aliq̄s ꝓprijs sumptib⁹ vteretur in p̄dicatione euāgelij ad superogantiā ptineret. sicut paulus de seipso dicit. s. ad Corꝝ. ix. Tertio modo ꝑz chrisostomus exponiť vt intelligať illa dñm discipulis precepisse ꝗtuz ad illā missionē qua mittebanť ad predicandum indeis. vt per hoc exercerenť ad confitendū de virtute ipsius qui eis absq; sumptib⁹ puideret. ex quo tñ non obligaňť ipsi vel successores eorꝝ vt absq; ꝓprijs sumptibus euangeliū p̄dicarent. Nā de paulo legitur. ij. Corꝝ. xi. ꝙ ab alijs ecclesijs stipendia accipiebat ad p̄dicandum corinthijs. et patet ꝙ aliq̄d possidebat ab alijs missum Stultū aūt videtur dicere vt inquit sanctus thomas. ꝙ tot sancti pontifices sicut Athanasius Ambrosius Augustinus illa precepta transgressi fuissent si ad ea obseruanda se crederēt obligari. ¶ Ad secundā respondetur. negando ꝓsequentiaz. Et ratio est. qz (vt hz vbi. s. ad. primuz.) pfectio xp̄iane vite nō ꝓsistit in voluntaria pauptate. sz voluntaria pauptas istrumētaliter operať ad pfectionē vite. Vñ nō oportet ꝙ vbi est maior pauptas ibi sit maior pfectio. Quinimo potest esse sūma pfectio cū ma-

gna opulentia. Nã abrahã cui dictum est Gen. xvij. Ambula coram me ⁊ esto pfect⁹. legitur diues fuisse. ¶ Preterea ꝑ maiori claritate notandũ put inquit idem sanctus Thomas (ij. ij. q. clxxxiiij. ar. vij. ad. j.) ꝙ abrenũciatio ꝓpriarũ facultatuz dupliciter cõsiderari potest. Uno modo ꝑm qd̃ est actu. ⁊ sic in eo non ꝓsistit essentialiter pfectio sz est quoddam pfectionis instrumentum vt dictuz est. ⁊ ideo nihil ꝓhibet statum pfectionis esse sine abrenũciatione ꝓpriozꝝ. sic etiaz dicendum est de alijs exteriozibus obseruantijs. Alio modo potest cõsiderari ꝑm ꝓparationem animi. vt scz homo sit paratus si opus fuerit omnia dimittere vel distribuere. ⁊ hoc pertinet directe ad pfectionem. Unde Augustinus in libro de q̃stionib⁹ euãgelij. Oportet filios sapientie intelligere nõ abstinendo nec in manducando esse iusticiã sed in equanimitate tolerandi inopiaz. Unde et apostolus dicit. Scio abũdare et penuriam pati. Ad hoc aũt maxime tenentur papa et ceteri episcopi vt omnia sua pro honore dei ⁊ salute gregis sui cõtemnant cũ opus fuerit. vel pauperibus sui gregis largiendo. rapinam bonozum suozꝝ cuz gaudio sustinendo. Que omnia adimplenta fuerunt in dicto beato Gregorio q̃ tante largitatis ⁊ elemosynarum extitit. vt nõ solũ ꝓsentibus sz etiã lõge positis in mõte sinai monachis necessaria ministraret. Nã omniuz indigentiũ nomina scripta habebat ⁊ eis liberaliter subueniebat vt plen⁹ narrat in legenda. Unde fuit ille seruus fidelis ⁊ prudens quẽ posuit dominus super familiã suã. id est ecclesiam.

In festo beati bñdicti. est euangeliũ. Nemo lac cẽdit lucernam ⁊c. Lu. xj. Circa qd̃ possunt disputari seqntes q̃stiões. ¶ Prima. vtꝝ beat⁹ benedict⁹ lucernã accendẽs regule monachalis et ponens eam sup cãdelabrũ ecclesie ꝓuenient⁹ instituit monachos in societate viuẽtes q̃ solitariã vitam agẽtes. ¶ Scda. vtꝝ beatus bñdict⁹ in visione qua vidit totũ mũdum diuinam essentiam viderit.

O prima questionem q̃ queritur. vtꝝ beatus benedictus lucernam accẽdẽs regule monachalis ⁊c. Et videtur ꝙ nõ. ¶ Primo sic. Perfectioz est religio agentium vitam solitariaz q̃ in societate viuentium. ergo ꝓuenientius instituisset monachos agẽtes vitã so-

litariā ꝙ in societate viuentiū. cōsequētia est bona. anteced ens ꝓbātur ꝑ illud Augu. in libro de ogib⁹ monachoꝝ dicētis illos sā ctiores esse qui a ꝓspectu hoīm separati nulli ad se prebent ac cessum viuētes in magna intentione orationū. ¶ Scdo sic. solitudo deseruit vite contēplatiue ꝓm illud Osee. ij. Ducam eam in solitudinem ⁊ ibi loquar ad cor eius. sed vita cōtemplatiua est perfectior. sanctior. suauior. ꝙ actiua. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Religio desiderat quietē mētis. vt impleat illud. Uenite et videte qm̄ ego sum deus. sed vita solitaria est que maiorē prestat quietem anime. ergo ⁊c. ¶ In oppositum arguitur ex ꝓsenti euangelio. vbi dicit. Nemo accēdit lucernā. ⁊ ponit eaz sub modio sed super candelabrū. vt ꝗ ingrediū tur lumē videāt. sed qui instituū tur in solitudine videntur poni sub modio cū sint abscōsi a ꝓuersatione hoīm. ⁊ nullus illuminatur ab eis. ergo videt ꝙ beatus benedict⁹ cōueniētius instituit monachos in societate viuētes. ¶ Scdo sic. dicit Eccl. iiij. Melius est esse duos ꝙ vnū habent eniz emolimētū societatis sue. ergo videtur ꝓueniētius fecisse instituēdo ⁊c. ¶ Rñdeo dicendū ꝙ cōueniētius fecit beatus benedictus instituēdo monachos in societate viuētes ꝙ solitariā vitā agentes. Et ratio est. qr religio est quedā schola in qua docetur disciplina. ⁊ exercitiū habetur tendendi ⁊ perueniēdi ad perfectionē. ⁊ qr hoc seruat in societate viuentiū. vita aūt solitaria nō querit ad hoc sed datur iam pfectis ac magistris ꝗ iam non indigent doceri. Cum ergo beatus benedictus hoc intenderit cōstituere quasi scholā disciplīne vbi monachi doceātur peruenire ad perfectionē. sicut ptz ex modo suo loquēdi in principio regule. cōueniētius fecit sic ꝙ aliter. Pro quo notādū iuxta sanctū tho. in. ij. ij. (q. clxxviij. ar. viij.) ꝙ solitudo sicut ⁊ paupertas nō est ipsa perfectionis essentia sed perfectionis instrumentū. solitudo nō est instrumētum congruū actioni sed contēplationi. ꝓm illud Osee. ij. Ducā eaz in solitudinē ⁊ ibi loquar ad cor eius. Unde nō cōgruit religionibus que sunt ordinate ad opera vite actiue siue corporalia siue spiritualia. nisi forte ad tempus. exēplo xpi qui vt dicit Luce. vj. Exiit in montē orare ⁊ erat pernoctās in orationē. cōpetit aūt religionibus que sunt ad cōtemplationē ordinate. Cōsiderandū tñ est ꝙ id qd est solitarium debet sibi per se sufficiens esse. hoc aūt est cui nihil deest. qd pertinet ad rationē perfecti. ⁊ ideo solitudo pertinet contemplanti qui iaz ad perfectū venit. Qd quidem cōtingit dupliciter. Uno modo ex solo diuino munere. sicut ptz de iohāne baptista. q

fuit repletus spiritusancto adhuc ex vtero matris sue. Unde ⁊ cū puer adhuc esset erat in desertis.vt dicit Luce.j. Alio modo per exercitiū virtuosi actus. Sm illud ad Heb.v. Perfectorū est solidus cibus eorum qui pro cōsuetudine exercitatos habēt sensus ad discretionē boni ⁊ mali.Ad exercitiū autem huiusmodi iuuatur homo ex aliorū societate dupliciter. Uno modo q̄tū ad intellectū vt instruatur in his que sunt cōtemplāda. Unde hieronymus dicit ad Rusticū monachuz. Mihi placet vt habeas sanctū contuberniū nec ipse doceas. Secūdo q̄tum ad effectū vt scz noxie affectiōis hominis exemplo ⁊ correctione aliorum exerceatur.qz vt dicit gregoriꝰ. quid valet solitudo corporis si desit solitudo cordis.⁊ ideo vita socialis necessaria est ad exercitium perfectionis. solitudo autem competit iam perfectis. sicut ergo id qd̄ iam perfectum est preeminet ei qd̄ ad perfectionem exercetur.ita vita solitario rum si debite assumatur preeminet vite sociali. Si autem absq̄z precedēti exercitio talis vita assumatur est periculosissima nisi per diuinā gratiā suppleatur qd̄ in alijs per exercitiū acquiritur sicut ptz de sancto antonio ⁊ benedicto. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primā respōdet negando ꝓnam.quia lz sicut dictū est vita solitaria si debite assumatur preeminet vite sociali.tamen imperfectis tendētibus ad perfectionē.sicut discipulis cōueniētior est vita socialis. ¶ Ad secundā respōdetur negādo consequentiā.quia lz ipsa ꝓtemplatiua vita solitaria sit perfectior tamen imperfectis esset minus cōueniēs.ergo periculosa vt dictum est. ¶ Ad tertiā respondet Dicimus enim ad minorē q̄ vita solitaria perfectis sufficientibus per se esset magis quieta ⁊ magis apta ad vacandū diuine contemplationi.imperfectis tamen esset inquieta ⁊ periculosa.sicut dictum est.

D secundā questionē qua queritur.vtrū beatꝰ benedictus i visione qua vidit totum mundum diuinam essentiā vidit. Et videt q̄ sic. ¶ Primo sic.dicit eīm gregoriꝰ de hac visione loquēs anime videntī deuz.angusta est oīs creatura.sed videre deum est videre diuinā essentiā.ergo beatꝰ benedictꝰ vidit diuinā essentiā. ¶ Secūdo sic.ibidez subdit gregorius q̄ totum mundū vidit in diuino lumine.sed non est aliud lumē dei vel claritas dei q̄ ipse deus.vt idem dicit gregorius. Et habetur in glosa Exo.xxxiij. super illud. Non videbit me homo ⁊ viuet.ergo beatꝰ benedictꝰ

vidit deuz per essentiā. ¶ In oppositum est qd dicit Job.j. Deū nemo vidit vnq̃.vbi dicit glo.q̃ nullus in mortali carne viuens dei essentiā videre potest. ¶ Respōdeo dicendū (iuxta san.tho. quolibeto p̃mo.ar.p̃mo.) q̃ beatus benedict⁹ in illa visione non vidit deū per essentiā. Que ꝛclusio ꝓbatur. Corpus corruptibile aggranat animā.vt dicit Sapien.ix. Sūma aūt elenatio mētis humane est vt ad diuinā essentiā,videndā pertingat. Unde impossibile est q̃ mens humana diuinā essentiā videat.vt augu. dicit.xij.super Geñ.ad litteram nisi hinc vite funditus homo intereat.vel sic alienetur a sensib⁹ vt nesciat vtrū sit in corpore an extra corpus.sicut de paulo legitur.ij.Corintb.xij.Beatus aūt benedictus qñ illam visionē vidit nec huic,vite funditus mortuus erat.nec a corporeis sensibus alienatus.vt ptz.quia dum adhuc in ea visione psisteret aliū ad idem videndū vocauit vt gregorius refert.vnde manifestum est q̃ diuinā essentiā non vidit. ¶ Ad ratiōes in oppositū. ¶ Ad primā respōdetur.q̃ ex illis verbis nō datur intelligi q̃ beatus benedict⁹ in visione viderit deū per essentiā.sed vult ostēdere q̃ quia videnti creatorez angusta est omnis creatura.consequens est q̃ per illustrationē diuini luminis de facili possent quecūq̃z videri.vnde subdit.Quāuis parum de luce creatoris aspexerit breue fuit quod creatum est.et ideo nō est mirū si sanct⁹ benedictus per lumen diuinū amplius aliud videre potuit q̃ hoies cōmuniter videāt. ¶ Ad scdam respōdetur q̃ lumen dei quādoq̃z dicitur ipse deus. quādoq̃z vero aliquod lumen deriuatū a deo. fm illud ps. In lumine tuo videbimus lumen.hic aūt accipitur pro lumine deriuato a deo.

In festo annunciationis dñice est euāgeliuz. Missus est angel⁹ ꝛc. Lu. p̃mo. Circa qd possūt disputari sequētes questiones. ¶ Prima.vtrū fuit necessariū annūciari virgini cōceptionē filij dei. ¶ Scda.vtrum beate virgini debuit fieri annūciatio per angelum. ¶ Tertia. vtrum annunciatio fuit conuenienti ordine perfecta.

In primā questionē sic proceditur.ꝛ videtur q̃ nō fuit necessarium. ¶ Primo sic.ad hoc soluz necessarium videbat annunciatio fieri.vt consensus virginis haberet.sed consensus

eius nõ videtur necessarius fuisse.quia conceptus virginis premonstratus fuit prophetia predestinatiõis.vt Esa.vij.Ecce virgo concipiet.que sine nostro cõpletur arbitrio. vt dicit quedam glosa.matthei.j. ergo nõ requirebatur alius psensus ex parte virginis ratione cui? oporteret annũciationẽ fieri. ¶ Secũdo sic. beata virgo incarnationis fidem habebat. sed de eo qd quis per certitudinẽ credit nõ indiget vlterius instrui.ergo non fuit necessariũ annũciationẽ beate virgini fieri de incarnatione filij dei. ¶ Tertio sic.sicut dicit gregorius.fides non habet meritũ cui humana ratio prebet experimentũ.sed in collocutione angeli ad virginẽ quedam persuasiua renũciatio facta est ergo meritũ fidei in ipsa vel euacuauit vel diminuit.quorũ vtrũq; est inconueniens.ergo ꝛc. ¶ Quarto. inter que nulla distantia est nulla est missio.sed inter deum ꝛ beatam virginẽ nulla est distantia. ergo debuit interuenire missio media.ptz.qꝛ deus fuit cũ beatissima virgine per essentiã presentiã ꝛ potẽtiã sicut est in creaturis generaliter.ꝛ per inhabitatam gratiã.sicut est in sanctis specialiter.ergo nulla missio necessaria fuit. ¶ In oppositũ arguitur ex p̃senti euãgelio.vbi dicitur ꝙ angel? dixit ei.Ecce concipies ꝛ paries. ¶ Scdo sic.maioris sapiẽtie ostensiuũ est miralum de cõceptione xp̃i ex virgine ꝙ de cõceptione iohãnis baptiste ex sterili.sed cõceptio iohãnis per angelũ prenũciata est ne fortuitu ꝛ nõ ex dei p̃uidẽtia accidere putaretur.ergo multo amplius cõceptionẽ xp̃i debuit annũciatio precedere. ¶ Tertio sic.conceptio xp̃i factũ est quoddam matrimoniũ per indiuisibilem p̃iunctionẽ diuine ꝛ humane nature.sed in matrimonio requirit̃ psensus q̃ per verba nunciorũ requritur ꝛ psiliat̃.ergo decuit vt deus per angelũ suũ consensuz exq̃reret virginis de qua humanã naturã assumeret ĩ vnitatem persone. ¶ Rñdeo dicẽdũ ꝙ (vt habet̃.iij.par.q.xxx.ar.j.) congruũ ꝛ cõuenientissimũ fuit annũciare beate virgini ꝙ esset xp̃m conceptura. Istius conclusionis cõgruitas ostẽdit̃ ex multis. Primo vt p̃seruaret̃ p̃grnus ordo p̃iũctionis filij dei ad virginẽ.vt scz prius mens eius de ipso instrueret̃ q̃ carne eũ conciperet. Non em̃ decebat vt dei sapiẽtia eius vterũ inhabitaret sine hoc ꝙ mẽs eius cognitione tanti misterij resplẽderet.ꝛ ideo nõ decuit eam ignorare qd in ea fiebat.sed oportuit hoc sibi annunciare. Scdo vt ipsa futura esset certissima testis hmõi inusitate p̃ceptionis.vnde oportuit ꝙ de tanto misterio per annũciationẽ erudiret̃. Tertio qꝛ de? nõ diligit coacta seruitia sed volũtaria.vt qui obsequũtur in ipso

ministerio mereant. Vñ cũ beata virgo singulariter eligeretur in dei ministeriũ quez vtero portauit lacte aluit. decuit vt cõsensus eiꝰ angelo nũciãte requireretur. q̃ humiliter prebẽs se ad obsequiũ. sedulã se ac prõptã obtulit dicens. Ecce ancilla domini. ¶ Ad rõnes in oppositum. ¶ Ad primã rñdet negãdo psequẽtiã. ⁊ ad glosã matt. j. rñdetur. q̃ ea de quibus est pphetia predestinatiõis cõplent sine nostro arbitrio causãte. sz nõ sine nostro arbitrio psentiẽtie. ¶ Ad scõdaz rñdet. negãdo psequẽtiã. Et ratio est. qz (vt hr. iij. sen. dist. iij. q. iij. ar. j. q. j. ad. j.) non erat determinate cadẽs sub fide tempus incarnationis. et per quã virginez hoc esset implẽdũ. ⁊ ideo de hoc instruenda erat per annunciationem incarnationẽ esse futuram que antiquorũ fidei subiacebãt firmissima fide tenebat. sed cuz esset humilis non tam alta de se sapiebat. ⁊ ideo sup hoc erat instruenda. ¶ Ad tertiam rñdetur. negando consequentiã. Et ratio est. quia allocutio angeli non ex ratione humana persuasit. sz ex omnipotentia diuina cui fides maxime innitit. Dixit enim. Nõ erit impossibile apud deũ omne verbum. ¶ Ad quartam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est, quia vt dicit albertus. lz in ea habitasset per graciam non tamen per corporalem presentiam ad quam necessaria erat annunciatio rationibus assignatis.

D secũdam questionẽ sic proceditur. (iij. q. q. xxx. ar. ij.) Et videt q̃ ista annunciatio non debuit fieri per angelum. ¶ Primo sic. supremis angelis fit reuelatio a deo immediate. vt dicit dionysius. vij. celestis hierarchie. sz mater dei est superior omnibꝰ angelis. ergo non debuit sibi per angelum annunciari incarnationis mysteriuz. sed immediate a deo. ¶ Secundo sic. nullus potest annũciare quod ignorat. sed supremi angeli non plene cognouerunt incarnationis mysterium. vt dicit beatus dionysius. ergo videtur q̃ per nullum angelum conuenienter potuit incarnationis mysteriũ annunciari. ¶ Tertio. maiora sunt p. maiores nuncios annuncianda. sed mysterium incarnationis est maximum inter oia alia que per angelos sunt hominibus nunciata. ergo videtur q̃ si per aliquem angelum annunciari debuit per aliquẽ de supremo ordine debuit. non ergo per gabrielez qui est de ordine penultimo. ¶ In oppositum est euangeliũ presens. vbi dicitur q̃ missus est ãgelus gabriel. ¶ Respõdeo dicendum sub certis conclusionibus. Prima est q̃ cõueniẽs

fuit matri dei annunciari per angelum incarnationis misteriuz. Et hec cõueniẽtia colligitur ex tribus. Primo qz hoc ꝓgruebat virgini. Dicit enim hiero. ꝙ angelis est cognata virginitas. vnde decuit vt ad virginẽ nuciandam angelus mitteret. Secundo quia perditio hũana ex hoc sumpsit initiũ. quia diabol⁹ mulierẽ allocutus est. Unde vt dicit beda. aptum apparet humane nature reparationis exordiũ vt angelus mitteret ad virginẽ partui cõsecrandã diuino. quia prima perditionis humane causa fuit cũ serpens a diabolo mittebat ad mulierẽ spiritu superbie decipiendã. Tertio quia ille annũciabatur qui est rex hoim ⁊ angelorꝫ. ⁊ eius natiuitas sicut in salutẽ hominũ fuit. ita ⁊ in reparatiõe ruine angelice. ⁊ ideo decuit vt tam homines ꝙ angeli huic misterio ministeriũ exhiberent. ¶ Scda cõclusio. angelus nũcians nõ fuit de suprema hierarchia nec de media sed de infima. nec de ꝓmo ordine eiusdem hierarchie. sed de medio q̃ est ordo archãgelorꝫ. (vt habet vbi sup̃. ad quartũ.) Dicit autez albertus in laudib⁹ virginis marie. ꝙ nõ mittit angelus de maioribus sed fuit archãgelus. et hoc in orationẽ beatissime virginis. qz si aliquis de superioribus mitteret ab illo illuminari crederetur de minoribus. ergo mittit vt ostẽdat ꝙ angelus est tantum negocij ministerialis et exterior delator. deus autez per seipsum est negocij imẽtor ⁊ inspirator ⁊ mẽtis ad ꝓsensum inclinator. (vt habet. iij. p. q. xxx. ar. iij.) hec albert⁹. ¶ Tertia conclusio. cõueniens fuit ꝙ angel⁹ annũcians visione corporali virgini appareret. ptz ꝓclusio. quia angelus annũciare venerat incarnationẽ inuisibilis dei. vnde ꝓueniens fuit vt ad hmõi rei declarationẽ inuisibilis creatura formã assumeret in qua visibiliter appareret. Tum scdo. qz sic congruit certitudini eius ꝙ annũciabat per ea que oculis subiecta rectius cõprehẽdimus q̃ ea que imaginãtur. ¶ Ad rõnes in oppositũ. ¶ Ad primã respondetur negãdo ꝓñaz. Et ratio est quia lz beata virgo supior esset angelis q̃tum ad dignitatez ad quaz diuinitus eligebat. tamen q̃tum ad statũ presentis vite inferior erat angelis. quia etiam ipse xp̃s ratione passibilis vite modicũ ab angelis minorat⁹ est. vt habet ad Heb. ij. sed qz tamẽ xp̃s fuit viator ⁊ comprehensor q̃tum ad cognitionẽ. nõ indigebat ab angelis instrui. sed mater dei nõ erat in statu cõprehẽsorꝫ. ideo de diuino misterio per angelos instruẽda erat. ¶ Ad secũdam respõdetur. ⁊ dicit ꝙ angeli inferiores nõ penitus misteriuz incarnationis ignorauerũt sed quia nõ totam ꝓfunditatem diuini consilij super salutẽ gene

ris humani capere poterant inquirebāt plenius edoceri dicentes illud Esa. lxiij. Quis est ille qui venit ꝛc. ¶ Ad tertiā respondetur negādo ꝓiaz. Et ratio est. quia nō oportet ꝙ nūcius equalis sit superioritatis sicut est res enunciāda. sed sufficit ꝙ sit summus nō simpliciter super omnes ordines sed summ⁹ respectu angelorum. Ipse enim fuit de ordine archangelorum. vnde ecclesia archangelū eum nominat. Et hunc intellectum videtur habere gregorius cum dixit ꝙ summū angelū venire dignū fuerat q̃ summum omniū nūciabat. Vnde ipse gregorius in omelia de centum ouibus dicit. ꝙ archāgeli dicuntur qui summa annūciāt. preter ea sicut dicit albertus si de superiorib⁹ fuisset crederetur ꝙ ab eo illuminaretur ꝛc. vt supra positum est.

D tertiam questionē sic pcedit. (iij. par. q. xxx. arti. iiij.) Et videtur ꝙ annūciatio nō fuerit cōuenienti ordine perfecta. Dignitas enim matris depēdet ex prole cōcepta. sed causa debet prius manifestari q̃ effect⁹. ergo primo debuit angelus virgini annūciare conceptū prolis q̃ eius dignitatē exprimere eam salutando. ¶ Secundo sic. probatio aut pretermitti debet in his que dubia nō sunt. aut premitti in his que dubia esse possūt. sed angelus primo videtur annunciasse id de quo virgo dubitaret ꝛ dubitādo quereret. d. Quō fiet istud. ꝛ postea pbationē adiunxit. Tum exemplo elizabeth. tū ex dei omnipotētia ergo inconuenienti ordine annūciatio per angelum est facta. ¶ Tertio sic. maius nō potest sufficiēter probari per minus. sed magis fuit virginem parere q̃ vetulā. ergo non fuit sufficiēs pbatio angeli pbātis conceptū virginis ex cōceptu senis. ¶ In oppositum est quod dicit ad Rom. xiij. Quea deo sunt. ordinata sunt. Angel⁹ autem missus est ad hoc ꝙ virgini annūciaret. vt dicitur Luc. j. ergo ordinatissimme fuit annunciatio per angelū cōpleta. ¶ Respondeo dicendū ꝙ annūciatio congruo ordine per angelum est perfecta. Tria enim intēdebat angelus circa virginem. ¶ Primo quidē reddere mentē eius attēta ad tante rei cōsiderationem quod fecit eam salutādo quadā noua ꝛ insolita salutatione. in qua salutatione premisit idoneitatem eius ad conceptū. in eo ꝙ dixit. Dn̄s tecū. Et prenūciauit honorē sequentē cum dixit. Benedicta tu in mulieribus. Secundo autem intēdebat eam instruere de misterio incarnationis. q̃d in ea erat complendū. quod quidem fecit prenūciādo conceptū

⁊ partum dicens. Ecce cōcipies in vtero ⁊c. Et ostendendo dignitatem prolis concepte. cū dixit. Hic erit magnus. Et in demonstrando modū conceptionis cuz dixit. Spiritussanctus superueniet in te. Tertio intendebat animū eius ducere ad cōsensum. qd quidem fecit exēplo elizabeth. ⁊ ratione et diuina potentia sumpta. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primā rndet. negādo cōsequētiā. Et ratio est. qz animo humili nihil est mirabilius q̄ auditus sue excellentie. Admiratio autez maxime attentionē animi facit. ⁊ ideo angelus volens mētem virginis attentā reddere ad auditū tanti mysterij ab eius laudem incepit. ¶ Ad scdam rndet q̄ ratio non procedit. qz vt dicit ambrosius. beata virgo non dubitauit esse faciendū. sed quomodo fieri posset inquirit. sz nec si beata virgo dubitauerit. quod asserit augustinus. Vñ in libro de questionibus veteris et noui testamenti. Ambigēti marie de cōceptu possibilitatez angelus predicat. sz quia talis dubitatio magis est admirationis q̄ incredulitatis. ⁊ ideo angelus probationem inducit. non ad auferenduz incredulitatem. sed remouendū etiam eius admirationez. ¶ Ad tertiam respondet. q̄ cōceptus sterilis inducitur non quasi sufficiens argumentū sed quasi qdam figurale exemplum. ⁊ ideo ad confirmationem huius exempli subditur argumentuz efficax ex omnipotentia diuina.

IN festo sancti ambrosij est euangelium. Vigilate ergo. Matthei xxiiij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. vtrum liceat iniunctum episcopatum omnino refutare. vel omnino reniti canonice electioni vel puisioni de se facte. ¶ Secunda. vtrū fidelis seruus ⁊ prudens. quem constituit dominus super familiam suā peccet mortaliter si bona ecclesiastica que procurat non largiatur pauperibus. ¶ Tertia. vtruz ambrosius bene fecit excommunicando imperatorem.

AD primā questionē sic procedit. Et videtur q̄ nō liceat iniunctum episcopatum vel aliam prelaturam omnino refutare. vel reniti electioni vel iniūctioni. ¶ Primo sic. nullus enizz peccat si meliora nolit deserere vt min⁹ bonis inhereat. cū ergo amor dei p̄emineat dilectiōi proximi. ⁊ vita cōtēplatiua p̄ferat vi-

te actiue.ergo non peccat ille q̃ recusat oīno episcopatū. ¶ Secūdo sic.dicit grego. Valde difficile est vt aliquis se purgatum possit cognoscere.nec dz aliquis non purgat⁹ sacra ministeria adire.si ergo non sentiat se purgatū quodcūqz ep̄ale iniungat officiū siue papatus non debet illud sususcipere. ¶ In oppositum videtur esse euangeliū presens vbi dz Beatus ille seruus quē cū venerit dñs inueniet sic faciētē. ¶ In oppositū etiaz est illud de beato ambrosio.cui⁹ festū hodie colit. qui mutato habitu a quibusdaz mercatoribus obtinuit vt in quodam dolio sup quadrigam de vrbe duceretur cui⁹ portas die noctuqz vigiles ꝓpter eū obseruabant. qui extra vrbē positus silvas petiit latibula cauernarū requirēs ibiqz tribus dieb⁹ latuit. Verūtamen dum sollicite quereretur colūna lucis prefulgida a celo depēdēs super locū in quo latitabat apparuit. ¶ Rūdeo dicēdū iuxta sanctū thomā in.ij.ij. (q.clxxxv.ar.ij.) q̃ in assumptione episcopatus duo sunt ꝓsiderāda. Primo quidez q̃d deceat hominē appetere ꝑm ꝓpriā voluntatē. Scdo quid deceat hominē facere ad voluntatē alteri⁹. Quātum ergo ad propriā voluntatez cōuenit homini principaliter insistere proprie saluti. sed q̃ alienesaluti intendat hoc conuenit homini ex dispositione alterius potestatem habentis. Vñ sicut ad ordinationem voluntatis pertinet q̃ aliquis ꝓprio motu feratur in hoc q̃ alioruz gubernationi preferatur.ita etiā ad inordinationē volūtatis q̃ aliquis omnino cōtra superioris iniunctionem predictū gubernationis officiū finaliter recuset ꝓpter duo Primo quidem quia hoc repugnat caritati proximorum quorum vtilitati se dz aliquis exponere pro loco et tempore. Unde aug.dicit.xix.de ciuitate dei. q̃ negociuz iustū suscipiat necessitas caritatis. Scdo qz hoc repugnat humiliati per quā aliquis superioruz mandatis se subiicit Vñ greg.dicit in pastorali. Tūc ante dei oculos vera est humilitas cum ad respuendū q̃d vtiliter subire precipitur ꝓtinꝫ non est. Et idem videtur dicendū de papatu.qz electio eius est confirmatio. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primaz respondetur. negādo ꝓsequentiā. Et ratio est qz q̃uis simpliciter absolutevita contēplatiua potior sit q̃ actiua.z amor dei q̃ dilectio primitū ex alia parte bonum multitudinis preferendū est bono vnius Vñ augu.dicit in verbis premissis. Nec ocium vestrum necessitati ecclesie preponatis. preterim cum hoc ad dilectionem dei pertineat q̃ aliquis ouibus christi curam pastoralem impendat. Vñ super illud Job.vlti. Pasce oues meas.dicit Aug. Sit amoris officium et pascere gregem

dominicuz. sicut fuit timozis in dicium negare pastozem. Simi liter ratio non procedit. qz prela ti non sic transferuntur ad vitaz actiuam vt contemplatiuam de serant. Vñ augu. xix. de ciuitate dei. ꝙ si imponat sarcina pasto ralis officij. nec sic deserenda est dilectio veritatis que in contem platiõe habetur. ¶ Ad scdam re spondet negando consequentiã. nisi impedimentum quod hz nõ posset supioz remouere sibi. vt puta excõmunicationẽ aut irre gularitatem aut ipsemet deserẽ do volũtatẽ peccãdi. si aũt nõ po test. tũc nõ tenet obedire alicui.

D secũdam questionẽ qua queritur. vtruz fidelis seruus ⁊ prudens quẽ constituit dñs super familiaz suam. i. episcop⁹ vel prelat⁹ pec cet mortaliter si bona ecclesiasti ca que procurat nõ largiat pau peribus. Et videtur ꝙ sic. Dicit enim ambrosius exponens illud Luce. xij. Hominis cuiusdã di uitijs vberes fructus ager attu lit. Nemo proprium dicat quod est commune. pl⁹ ꝙ sufficiat sum ptui violenter obtentuz est. ⁊ po stea subdit. Nec minus est crimi nis habẽti tollere ꝙ cum possis ⁊ abundans denegare indigenti bus sed violenter tollere alienũ est peccatum mortale. ergo epi scopus mortaliter peccat si ea q̃ ei superfluũt pauperibus nõ lar giatur. ¶ Scdo sic super illud Esa. iij. Rapina pauperum in do mo vestra. dicit glosa hieronymi ꝙ bona ecclesiastica sunt paupe rum. sed quicunqz id quod est al terius sibi reseruat aut alijs dat peccat mortaliter ⁊ tenet ad re stitutionem. ergo si episcopi bo na ecclesiastica q̃ eis superfluũt sibi retineant vel consanguineis vel amicis largiãtur. videtur ꝙ tenẽtur ad restitutionem. ¶ Ter tio sic. multo magis aliquis po test de rebus ecclesie ea que sunt sibi necessaria accipere ꝙ super flua congregare. Sed hierony mus dicit in epistola ad damasũ papam. Clericos illos conuenit ecclesie stipendijs sustentari. qui bus parentum vel propinquorũ nulli suffragantur. qui autem bo nis parentum ⁊ operibus susten tari possunt si quid pauperum ac cipiunt sacrilegũ incurrũt. ergo multomagis episcopi mortali ter peccant si ea que eis super fluũt de bonis ecclesiasticis pau peribus non largiantur. ¶ In op positum videtur euangeliuz. vbi dz. Vt det illis in tempore tritici mensuram. ergo non dz prela tus quod superfluit semper da re pauperibus. sed pro tempore scz necessitatis vt cum mensura quia in illis rebus sunt exponen da superflua. Sed in oppositum est. quia plures ea que supsunt non largiuntur pauperibus sed

expēdere videnť laudabiliter ad redditus ecclesie ampliandos. ¶ Rñdeo dicendū iuxta sanctuz tho. in.ij.ij.(q.clxxxv.ar.vij.) ꝙ aliter est dicēdū de ꝓprijs bonis que episcopi possunt possidere. ⁊ de bonis ecclesiasticis. nam proprioz bonoz verū dominū habēt vñ ex ipsa rerū cōditione nō obligantur vt eas cōferāt. sz possunt vel sibi retinere vel alijs etiam ꝑ libito elargiri. possunt tñ in earū dispensatiōe peccare. vel ꝓpter inordinationē affectus per quaz cōtingit ꝙ sibi plura conferāt ꝙ oporteat vel etiā ꝙ alijs non subueniant. qd̄ requirit debitū caritatis. nō tñ tenenť ad restitutionem. qz huiusmodi res sunt suo dño deputate. Sz ecclesiasticoz bonorū sunt dispēsatores vel procuratores. Dicit enim augu. ad bonifaciū. Si priuatum possidemus qd̄ nobis sufficiat. non illa bona nostra sunt sz illoz quorum ꝓcurationē gerimꝰ nō ꝓprietatē nobis vsurpatione damnabilivē dicemus. Ad dispēsatorem aūt requiritur bona fides vt notatur in presenti euangelio. cū ōr. Fidelis ⁊ prudēs ⁊c. Et.j. Coz.iiij. Vicia z queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur Sunt autē bona ecclesiastica nō solū ad vsus pauperū sz etiaz ad cultū diuinū ⁊ necessitates ministrorū. Vñ.ōr.xij.q.ij. de redditibus ecclesie vel oblationibus fidelium sola ēpo ex his vna portio remittať. due ecclesiarum fabricis ⁊ erogationi pauperū pro future a presbytero sub periculo sui ordinis prebeātur. vltima clericis ꝓ singlorum meritis diuidatur. si ergo distincta sunt bona que debēt in vsum episcopi cedere ab his que sunt pauperibꝰ ⁊ ministris ⁊ cultui ecclesie erogāda. ⁊ aliq̄d sibi retinuerit episcopus de his que sunt pauperibus eroganda vel in vsum ministrorum vel in cultū diuinū expēdenda nō est dubiū ꝙ contra fidē administratiōis agat ⁊ mortaliter peccat. ⁊ ad restitutionē tenetur de his aūt q̄ sunt specialiter suo vsui deputata videť esse eadē ratio que est de ꝓprijs bonis. vt sz ꝓpter īmoderatū affectū ⁊ vsum peccet. vt si immoderate sibi retineat ⁊ alijs non subueniat sicut requirit debitū caritatis. Si vo non sint predicta bona distincta eoz distributio fidei eiꝰ attribuitur. ⁊ si quidē in modico deficiat vel superabūdat. potest hoc fieri absq̄ bone fidei detrimēto. qz nō potest homo in talibꝰ pūctualiter accipere id qd̄ fieri opz. Si vo sit multꝰ excelsus nō pōt latere vñ videť bone fidei repugnare et ideo non est absq̄ aliquo pcto mortali. ¶ Ad rōnes in oppositū. ¶ Ad primā rñdeť negādo cōsequentiā ⁊ ad dictū ambrosij rñdetur ꝙ nō solū est referendū ad dispensationē ecclesiasticarū rerū sed quorūcūq̄ bonoz ex quibus tenetur aliquis debito caritatis prouidere necessitatē patientibꝰ

nō potest tamen determinari qñ sit ista necessitas que ad peccatū mortale obliget. sicut nec cetera pticularia que in humanis actibus considerātur. horū enim determinatio relinquitur humane prudentie. ¶ Ad scdam rñdet negādo consequentiā. Et ratio est. qr bona ecclesiarū no sunt expendenda solū ad vsus pauperū. sed etiam in alios vsus. vt dictū est. ⁊ ideo si de eo qd vsui epi vel alicuius clerici est deputatuz velit aliquis sipi subtrahere ⁊ cōsanguineis vel alijs dare nō peccat. dummodo id faciat moderate. i. dū indigeant. nō autē vt inde ditiores fiant. Ubi ambrosi? libro de officijs. Est approbāda liberalitas vt primos seminis tui ne despicias si egere cognoscas. non tñ vt illos ditiores fieri vel ex eo qd tu potes cōferre in opibus. ¶ Ad tertiā rñdet. negādo ꝓsequētiā. Et ratio est. qr nō oia bona ecclesiarū sicut dictum est sunt pauperib? largiēda nisi forte i articulo necessitatis. in quo etiam p redemptione captiuor ⁊ alijs necessitatibus pauperum vasa cultui diuino dicata distrahuntur. vt ambrosi? dicit. ⁊ in tali necessitate peccaret cleric? si vellet de reb? ecclesie viuere dū modo haberet bona patrimonialia de quibus viuere possit. ¶ Ad quartam que fuit ex parte opposita respōdetur q bona ecclesiarum vsibus pauperum deseruire debent. ⁊ ideo si quis necessitate non imminente prouidendi pauperibus de his que superfluunt ex prouentibus ecclesiarum possessiōes emat vel in thesauro reponat in futurum vtilitati ecclesie et necessitatibus pauperum. laudabiliter facit. Si vo necessitas immineat pauperibus erogandi. superflua cura est ⁊ inordinata vt ad futurum conseruet quod dominus prohibet Matt. vj. Nolite solliciti eē i crastinū.

D tertiaz questionez sic pceditur. Et videtur q beatus ambrosi? non bene fecit excommunicando imperatorem. ¶ Primo sic. regalis potestas nō est subdita spirituali potestati. ergo ⁊c. cōsequentia est bona. antecedēs probatur. dicit glosa super illud ps. Tibi soli peccaui. Quia rex omnibus est superior ⁊ ideo tantum a deo qui est maior est puniendus si quis de populo peccauit. deo peccauit ⁊ regi rex vero non habet hominem qui eius facta dijudicet. ergo potestas spiritualis non potest iudicare imperatorem vel regem. ergo ambrosius nō bene fecit excommunicando imperatorem cum non esset subiectus ei. ¶ Secundo sic. j. Peri. ij. dicit beatus petrus. Subditi estote omni humane creature propter deum.

siue regi tanq̃ p̃cellenti. ergo si rex, precellit no est subiect⁹ episcopo. ⁊ p ꝓsequens Ambro. non potuit eum excõicare. ¶ Tertio sic. Sacerdos in veteri testamẽto qd fuit figura nostri in terrenis omnib⁹ subijciebat regi. ergo videtur q̃ etiaz in nouo testamento. ¶ In oppositum est euangelium p̃sens. vbi dr. q̃ fidelis seruus ⁊ prudẽs est ꝓstitut⁹ sup familiam dñi. i. p̃latus sup ecclesiam. sz intra ecclesiam impatores ⁊ reges ⁊ principes ꝓnumerantur cũ alijs fidelib⁹ ergo potestas spũalis est sup omnẽ terrenam. et si supra potest corrigere et punire. et p ꝓsequens Ambrosius bene fecit impatorem deuz offendentem ⁊ ecclesiam excõicare. ¶ Respondeo dicendũ q̃ beatus Ambrosius potuit ⁊ debuit excommunicare impatorẽ. Pro prima parte q̃ potuit esse. Notãdum q̃ potestas spũalis supeminet potestati seculari etiaz regali in duabus. scz dignitate ⁊ auctoritate. Dignitate quidem qz vt ait idez Ambrosi⁹ dis. xcvj. c. Duo sunt Aurum non tam preciosus est plumbo q̃ regia potestate altior est ordo sacerdotalis. videmus enim colla regũ ⁊ ꝑncipum submitti genibus sacerdotum. ⁊ ab eis benedici. Item Hugo de sancto victore. Quanto vita spũalinz dignior est q̃ terrenarum ⁊ spũs q̃ corpus tanto spiritualis potestas terrenaz potestatem ⁊ secularem honorem et dignitatem p̃cellit. Secundo precellit auctoritate. Vñ. xcvj. dis. Constantinus. vbi dr. Vtile iudicauim⁹ cum omnib⁹ sacrapis nostris. vt sicut beatus Petrus in terris vicari⁹ filij dei videtur esse ꝓstitutus. ita principatus eius potestatem ⁊ auctoritatem ampli⁹ q̃ terrene imperialis nostre serenitatis mansueto habere videtur. vnde ⁊ tenẽtes frenum equi ipsius p reuerentia petri subiectionis officiũ illi exhibuimus.. Et ideo dicit Hugo de sancto victore. Spũalis potestas habet iudicare terrenaz potestatem si bona nõ fuerit. ¶ Qd vero debuit facere. ptz. qz vt dicit Ambrosi⁹ Imperator Theodosius fecit occidi quinqz milia hominuz inter quos multi fuerunt innocentes. Vñ cum imperator mediolanum venisset ⁊ ecclesiam intrare vellet occurrit ei ad ianuam ambrosius. eiqz aditum ꝓhibuit dicens. Cur imperator post causam tanti furoris et facinoris non agnoscis molẽtue p̃sumptionis. sed forte recognitionem peccati ꝓhibet potestas imperij. decet te vt vincat ratio potestatem. p̃nceps es o imperator. sed ꝓseruoꝝ. quibus ergo oculis aspicies cõmunis dñi templum. q̃bus calcabis pedib⁹ sanctum pauimentũ. quo manus extẽdes de q̃bus sanguis adhuc stillat ⁊c. ¶ Ad ratiões in oppositum. ¶ Ad primã rñdetur negãdo ꝓsequẽtiam. Et ad glosam q̃

dicit q̃ rex non habet hominem qui eius facta dijudicet. faciendа est distinctio in hoc q̃ dicitur q̃ non habet hominē. Spūalis eñ potestas non iudicat ꝑm hominem vel ꝑm humanaꝫ legem sz inc̄ptum possidet vicē dei. Sicut dr apostolis Lu.x. Qui vos audit me audit. Et sicut dicē apostolus.ij.Cor.v. Pro christo legatione fungimur. Et ꝑm potestatem ad vindictaꝫ spūalem nō corporalem. sicut dicit. xxiij.q.v.principes. q̃ regum est exercere corpalem penam. sacerdotuꝫ spūalem inferre vindictam. Sicut eñ iudex terrenus non sine causa gladium portat. sicut dicitur Ro. xiij. Ita non sine causa claues ecclesie sacerdotes accipiunt. Ille portat gladiuꝫ advindictam malefactoꝝ. ad laudem vero bonoꝝ Isti claues habent ad exclusionē excōmunicandoꝝ et recōciliationem penitentiuꝫ. expone ergo a deo tantuꝫ rex est puniendus supple materiali pena. Et itē cum dr. non habet hominez qui eius facta dijudicet. supple ad corporalem penam inferendam. Nec ꝑm Alexandruꝫ de hal. Nos diceremus q̃ glosa loquitur ꝑ tempore dauid in q̃ non erat data potestas spūalis que data est in nouo testamento Illo enim tempore in tpalibus subiecta erat potestas spiritualis terrene potestati vt infra dicetur. ¶ Ad secundam. de canonica Petri respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. qꝫ cum dicitur. q̃ rex ꝑcellit. intelligit in suo ordine respectu terrene potestatis in regno non in comparatione spūalis. ¶ Ad tertiam respondetur negando cōsequentiam. Et ratio est. qꝫ ꝑm statum veteris legis sacerdotalis potestas erat regali inferior. sed non ꝑm statum noui testamenti. Sacerdotium eñ veteris testamenti carnale erat ⁊ per carnalem ꝓpagationē succedebat. q̃ ꝓuis esset ordinatum ad diuinuꝫ obsequium. scz diuinum cultuꝫ et figuras spiritualis sacerdotij noui testamenti. quod nō est per successionē carnalez. propterea in illa parte in qua carnale erat et terrenum. subiectum erat terrene potestatis. s. regali. sic autē non est in nouo.

N festo sancti. vincentij magri i theologia. est euāgelium. Nemo accendit lucernaꝫ Luce. xj. Circa quod possunt disputari sequentes q̃stiones. ¶ Prima. vtꝫ doctꝰ religiosus de ordine mendicantium cuꝫ perfectionis statu posset gradum magistralē suscipere. ¶ Scda. vtruꝫ potest sciri tempus aduentus christi ad iudicium.

D primaz questionē. vtz doctʼ religiosus de ordine mendicantiuz cum perfectionis statu possit graduz magistralē suscipere. Et videt q̃ nō possit Mat. xxiij. dñs ꝓhibuit. ne discipuli vocarentur magistri dicens. Vos autem nolite vocari rabbi. vnus enim est magister vester. ergo videtur prohiberi etiam esse. ¶ Secundo sic. Status perfectionis religiosi stat in paupertate ⁊ humilitate. sed status magistralis importat honoris statum. vt dicit glo. Matthei. xxiij. ergo ⁊c. ¶ In oppositum est q̃ sanctus vincentius xp̄i cōfessoz de ordine predicatoz gradum suscepit magistralē sine dispendio status sue pfectionis. ita sanctus Thomas ⁊ multi alij. ¶ Secundo arguitur ex presenti euangelio. s. vbi dz q̃ nemo accendit lucernā et ponit sub modio sz super candelabrū. sed doctʼ religiosus est sicut lucerna incensa ad illuminandum alios. ergo non sub modio sed candelabrum ecclesie est ponendus magistrali honoze decoratus. vt qui ingrediūtur per eius magisterium lumē videāt. ¶ Respondeo dicendum. q̃ sicut tangit sanctʼ Thomas in li. quē fecit ꝓtra impugnantes religionem (qui est inter opuscula. xiv opus ibi vide. c. ij.) Quidam dixerunt xp̄m de vitando magisterium dedisse consilium. ⁊ esse supererogationis opus et qz religiosi tenent ad illa que sunt supererogationis. ꝓcludebant ex hoc religiosos cū pfectiōis statu nō posse suscipe gradū magistralē. Quoz opinio multiplicit oñdit falsa ⁊ erronea. Primo qz quatuoz precipui doctozes ecclesie fuerunt religiosi. sicut patet de augustino. hieronimo gregozio et ambrozio. Secūdo qz falsum est q̃ vitatio magisterij cadit sub consilio vel p̄cepto. cui ꝓmittit singulare premium. doctozibʼ sicut ⁊ expositozibʼ sacre scripture ꝓmittitur singulare premiū. sicut virginibus et martyribus Sicut ergo inconueniens esset dicere. q̃ vitare virginitatez vel martyzium caderet sub consilio sic est incōueniens dicere q̃ vitare magisterium cadat sub ꝓsilio vel p̄cepto. Tertio sic. Nō potest dari p̄ceptum vel ꝓsilium de eo quod contrariatur p̄cepto vel cōsilio. sz docere cadit sub p̄cepto vel cōsilio. vt patet Matth. vlt. Euntes docete omnes gētes ⁊c. Ad Gal. ij. Si preoccupatʼ ꝗs fuerit in aliq̃ delicto vos q̃ spuales estis instruite illū in spū lenitatis. ergo in nō docēdo non potest esse cōsilium Quarto qz consilia sunt primo ꝑ apostolos obseruata. sz ipsi magisteriuz ⁊ doctozatū non vitarunt. Dicit enim

Paul⁹.j.ad Timoth.ij. Veritatem dico nō mentior doctor gentium in fide ⁊ veritate. Quinto dato ꝙ sub cōsilio caderet vitare magisteriū. nō tñ seqūtur ꝙ ad hoc oēs religiosi tenerētur. non eñ oēs qui pfectionis statū profitētur ad oia tenētur ꝓfilia. sed tñ ad ea ad que ex voto se obligant. Dicendū est igit ꝙ religiosi magis ꝙ alij seculares tenēdo eorū perfectionis statū possunt magisterij graduz suscipe. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primam rñdetur negādo ꝓñam. Et ratio est. quia lz xps ꝓhibuerat oibus ambitionem magisterij ⁊ honoris. non tñ actū magisterij. Unde apl's.j.Thimo.ij. vocat se doctorē dicens. Veritatez dico nō mētior doctor gentiū in fide ⁊ veritate. Scdo rñdetur ꝙ intelligitur esse ꝓhibitū ꝓm quod quis dicat principaliter magister. qz solus deus est ꝓncipalis magister qui docet oēm sciētiā. ⁊ qui illuminat omnē hoīem. homo potest dici magister participatiue ⁊ minus ꝓncipaliter qui tantū docet exterius aliqua proponēdo ex q̄bus formātur fantasmata debita a q̄bus intellect⁹ agens facilius abstrahit speciē intelligibilē. sicut in sanatione hois natura tantū agit ꝓncipaliter. medicus vo ea administrat et q̄bus natura iuuat. ¶ Ad secundā rñdetur negādo ꝓñam. et ratio est. quia nō interdicit religiosis honor q̄ debet spūalibus bonis. sed solū ille qui ꝓfitit in rebus mūdanis. als cū honor debeatur sacerdotio ⁊ plature. nec ad sacerdotiū nec ad platuram assumi possent. non ergo ꝓhibetur honor magistralis cathedre sed ambitio.

D secūdaz q̄stionē. vtrum potest sciri tēpus aduēt⁹ xpi ad iudiciū. sic ꝓcedit. Et videt ꝙ sic. Primo sic. (vt arguit. tiij. sen. distī. xlvij.q.j.ar.j.ad tertiū.) Sicut eñ sancti patres expectabāt primū aduentū. ita nos scdm expectamus sed sancti pres sciuerūt tēpus aduētus ꝓmi sicut per numerū hebdomadarū q̄ scribūtur Dañ.ix. ergo videt ꝙ ⁊ nobis est possibile scire tēpus scdi aduēt⁹ determinatū. ¶ Scdo sic. per signa deuenimus in cognitionē signatorz. sed de iudicio multa signa describūt. ergo in cognitionem illi⁹ tpis possum⁹ deuenire. ¶ Tertio sic. ꝓm Aug. in fine. de ciuitate dei. Sexta etas currit ab aduētu xpi vsqz ad finē mūdi sed sciri pōt q̄tum ꝓcedētes etates duraverūt ergo sciri pōt q̄tum ista etas durare debeat p cōparationē ad alias. ¶ Quarto sic (arguit de potētia dei.q.v. art. vj.) Magnū ⁊ paruū. diuturnū et breue relatiue dicunt de vno per comparationē ad aliud. sed

tempus illud quod est ab aduentu christi vsqz ad finem mūdi dicitur esse breue. vt pz. j. Cor. vij. Tempus breue est. Et in eadem p. Nos sumus in quos fines seculorū deuenerūt. et. j. Jo. ij. Nouissima hora est. ergo hoc dicit per comparationē ad tēpus precedens. ergo saltez hoc videtur sciri posse q̄ multo breui? est tēpus ab aduentu xpi vsqz ad finē mundi q̄ a principio mūdi vsqz ad xpm. ¶ Quinto arguitur. qz magister vincentius cuius festū hodie agitur hoc videbatur asserere ꝛc. ¶ In oppositū est illō quod dicit Matth. xxiiij. De die illa ꝛ hora nemo scit nec angeli celorū. ¶ Secūdo sic. si deberet aliquibus reuelari precipue reuelatum fuisset querētibus apostolis qui doctores totius mūdi instituebantur. sed eis de finali aduentu dñi querētibus respondsum est. Non est vestrū nosse tēpora vel momēta que pater posuit in sua potestate ergo multo minus est alijs reuelatū. ¶ Respondeo dicendū sub ista cōclusione. q̄ tempus determinatum futuri iudicij nō potest cognosci ab aliquo puro homie a solo eim deo ꝛ homine xpo cognoscitur. Probat enim ista ꝓclusio iuxta sanctū thomā in questionib? de potentia dei. (q. v. ar. vj.) Quia duplex est modus quo possum? cognoscere futura. s. per cognitionem naturalē ꝛ per reuelationem. Naturali quidē cognitione cognosci non potest determinate finis mundi. qz eius nō est alia causa nisi volūtas diuina. quam ꝗdem causam naturali cognitione cognoscere non possumus. per reuelationē autē licet sciri posset si deus vellet reuelare. nō tamen congruū esset q̄ reuelaret nisi homini xpo. Et hoc quia finis mundi nō erit nisi cōpleto numero electorum. cuius completio est quedam executio totius diuine predestinationis. Unde nō competit reuelationē fieri de fine mundi nisi ei cui fit reuelatio de tota predestinatione diuina. scilz homini xpo per quem tota diuina predestinatio totius humani generis quodāmodo implet. Unde dicit Job. vij. Pater diligit filiuz ꝛ omnia demōstat ei que ipse fecit. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primam rndetur negādo ꝓnam. Et ratio est. quia nō est simile de primo adūtu ꝛ secūdo. quia (vt habetur de potentia dei. q. v. ar. vj. ad septimū.) primus aduentus xpi nobis parabat viam ad merendū per fidez ꝛ alias virtutes. ꝛ ideo ex parte nostra requirebatur primi aduēt? noticia. vt credendo in eum qui venerat ꝛ per eius gratiam mereri possemus. In secūdo aūt aduentu premia reddenk pro meritis. ꝛ sic ex parte nostra nō requiritur quid agamus aut quid cognoscamus sed quid recipiam?. Unde nō oportet cognoscere determinate tem

pus illius aduentus. ¶ Ad secũ dam respõdetur negãdo consequentiã.et ratio est. qz (vt habetur vbi sup̃ ad quintũ.) illa signa posita sunt ad manifestandũ ꝙ quandoqz mundus finietur.non autem ad manifestandũ determinatũ tempus quãdo finiet. Ponũtur autem inter illa signa aliqua que q̃si a mundi exordio fuerũt.sicut ꝙ surget gens contra gentẽ.ꝛ ꝙ terremotus erũt per loca.sed instante mũdi fine hec abũdantius eueniẽt.que aũt sit illa mensura horũ signorum que ante finem mundi erit manifestum nobis esse non potest. ¶ Ad tertiam respõdetur negãdo ꝓsequentiã.et ratio est.quia (vt habetur vbi supra ad p̃mũ.) sicut dicit augustinus li.lxxxiij. q.Ultimas etas mundi comparatur vltime etati hominis.que determinato numero annorũ nõ diffinitur sicut alie etates diffinitũtur.sed quãdoqz tantũ durat q̃tum omnes alie vel etiam amplius. Unde etiam ista vltima etas nõ potest determinato annorum generationũ numerũ diffiniri. ¶ Ad quartã respõdetur negando ꝓñam.et ratio est.quia (vt habetur.iiij.sen.di.xlvij.q.j. ar.j.q.iij.ad tertiũ.) ex hoc ꝙ dicitur nouissima hora vel ex similibus locutionibus que in scriptura dicũtur nõ videtur aliqua determinata quãtitas temporis sciri.non enim illa sunt dicta ad significandũ breuez horã ipsius temporis.sed ad significandum statũ mundi qui est quasi nouissima etas.qui quãto tempore durat nõ est diffinitũ. nõ enim legi euãgelice alius status succedet qui ad ꝓfectũ adducit sicut ipsa succedit legi veteri ꝛ lex vetus legi nature. ¶ Ad vltimã respõdetur ꝙ magister sanctꝰ vincentius nõ asserebat determinate finem mũdi sed verisimiliter propter scelera multa regnantia in mundo.ꝛ ꝓpter frequẽtia signa asserebat breuiter esse.

Mfesto sãcti marci euãgelisse ẽ euangelium. Ego sum vitis vera ꝛc. Jo.xv. Circa qd̃ possunt disputari sequẽtes questiones. ¶ Prima.vtrũ quis fidelis potuerit fructũ aliquẽ afferre in presenti vita nisi in xp̃o vite vera manserit per fidẽ ꝛ caritatez non fictã. ¶ Secũda.vtrum beatus marcus conuenienter inter euãgelistas figura leonis sit designatus. ¶ Tertia.vtꝯ licitũ fuit sctõ marco sibi amputare digitũ vt sacerdotio indignꝰ haberet.

D primaz questionẽ qua querit. vtrum aliqs fidelis potuerit fructum aliquez afferre in pre-

senti vita nisi in xpo vite vera manserit per fidem ⁊ caritatez non fictam. sic pceditur. Et videtur q̃ sic. ¶ Primo. quia multi qui nõ manent in xpo per caritatez faciũt aliquos bonos act⁹ qui sunt boni fructus. duz nudũ vestiũt. famelicũ pascunt. ieiunant ⁊ orationes faciũt. ergo ⁊c. ¶ Secũdo. multi qui nõ manẽt per caritatem in xpo docendo ⁊ predicãdo faciunt multiplicem fructũ in conuersione fideliũ. vt patet. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. oĩs schola docet q̃ opera extra caritatem ad multa valent. ⁊ videtur mereri aliquid saltẽ bona tẽporalia. quia sicut se habet pena ad malũ actum. ita se habet premium ad bonũ. Sed nullũ malũ factum apud deũ iustũ iudicem est impunitũ. ergo nec aliquod bonũ irremuneratũ. ergo nõ manens in xpo per caritatẽ aliquid merebitur per bona que facit. ergo ⁊c. ¶ In oppositũ est euangelium presens. ¶ Respõdeo dicẽdum. q̃ xps ad ostendendũ q̃ necesse est manere in eo per fidem ⁊ caritatẽ ad hoc vt quis valeat fructificare opera meritoria vite eterne comparat se per similitudinẽ viti. ⁊ fideles palmitib⁹. dicendo. Ego sum vitis vera et vos palmites. quasi dicẽdo. talis est comparatio vestra ad me qualis palmitũ ad vitem. de quibus palmitibus dicitur in psal⁹. Extendit palmites suos vsq̃ ad mare. Dicitur aũt xps vitis non solum qz est fons humoris ⁊ virtutis ad fructificandũ. sed etiaz vt dicit albertus super iohannẽ quia ministrat humorẽ eterni et spiritualis gaudij qui corz letificat qui hominẽ bone spei libenter reddit qui seculi tristiciã pellit. qui inebriãdo secularũ oblitiuisci facit. qui calorẽ caritatis infundit. Dicendũ est ergo q̃ sicut palmes nõ potest facere fructum nisi manserit in vite. eo q̃ fonte humoris destitutus est. sic nec aliquis fidelis potest spũaliter fructificare nisi manserit in xpo humorẽ gratie suscipiẽs ab ipso. qui vero manet in eo p caritatẽ. hic fert fructũ multũ. Dicit autem sanctus tho. sup iohãnem. q̃ triplicẽ fructũ fert in vita ista. Primus est abstinere a peccatis. Esa. xxvij. Hic est oĩs fructus tollatur peccatũ ⁊c. Secundus est vacare operibus sanctitatis. Rom. vj. Habebitis fructum vestrum in sanctificatione ⁊c. Tertius fruct⁹ est vacare edificationi aliorum. ps. De fructu operũ tuorum satiabitur terra. Fert etiam fructũ quartũ in vita eterna. Joh. iiij. Fructũ congregat in vitam eternã. Hic est vltimus ⁊ perfect⁹ fructus oĩm laborũ nostrorũ. Sap. iij. Bonorum laborũ gloriosus est fruct⁹. ¶ Ad rationes in oppositũ. ¶ Ad primã ⁊ scdam est vna responsio. quia aliqui in caritate nõ existẽtes possunt multa opera facere de genere bonorum. sunt tamen

sine caritate infructuosa quo ad meritū vite eterne. que solum diligentibus deum reprōmittitur ꝓm illō Job. xxxvj. Annūciat de ea amico suo q̃ possessio eiꝰ sit opera aūt que fuūt sine caritate infructuosa sunt q̃ ad hoc Sap. iij. Vacua est spes eorū ⁊ labores sine fructu. ¶ Ad tertiaz potest esse eadē respōsio q̃ bona facta sine caritate nō sunt meritoria vite eterne ⁊ ita infructuosa sunt quo ad illud. vt dictum est. Vel secūdo respōdet. q̃ (vt habetur. iiij. sen. di. xv. q. j. arti. iij. q. iiij.) duplex dicitur meritum. scz de cōdigno. ⁊ meritū de congruo. Meritū de cōdigno dicit actus per quez efficitur. vt ipse agens habeat debitū recipiēdi. Meritū de cōgruo dicit actus per quem efficitur debitū dandi in dante ꝓm decentiā ipsius. Cū autem in omnibus illis que gratis dantur. prima ratio dandi sit amor. impossibile est q̃ aliquis tale sibi debitū faciat qui amicitia caret. ⁊ ideo cū bona tēporalia ⁊ eterna ex diuina liberalitate nobis donātur. nullus acq̃rere potest debitū recipiēdi aliquod illorum. nisi per caritatez ad deū. ⁊ ideo opera extra caritatez facta nō sunt meritoria ex cōdigno. nec eterni nec tēporalis alicuius doni apud deū. sed quia diuinam bonitatē decet vt vbicūq̃ dispositionē inuenit. perfectionē adhiciat. Ideo ex merito congrui dicitur aliquis mereri aliquod bonū per opera extra caritatē facta. ⁊ ꝓm hoc opera ista ad triplex bonū valēt. scz ad temporaliū cōsecutionē. ad dispositionē. ad gratiā. ⁊ ad consuetudinē bonorum operū. quia tamen hoc meritum nō proprie dicitur meritum. Ideo magis concedendum est q̃ huiusmodi opera non sint alicuius meritoria q̃ q̃ sint.

D secundā q̃stionem qua queritur. vtrū beatus marcus cōueniēter inter euāgelistas figura leonis sit designatus. Et videtur q̃ non. ¶ Quia beatus marcus vt dicit in vita sua fuit humilim⁹ ⁊ mitis. sed hec nō conuenīt leoni qui superbus ⁊ ferox ꝯ ergo nō conueniēter per leonē designat. ¶ Scdo. beatus marcus scripsit de oibus factis xpi de q̃ bus alij euangeliste. ergo nō magis debuit designari per leonez q̃ per aquilam vel hominez vel bouem. ¶ In oppositū est illud Ezech. j. Facies leonis a dextris ipsorum quattuor. ¶ Rñdeo dicendū q̃ beatus marcus cōueniēter designatus ⁊ figuratus est per leonē. Pro quo notādum q̃ per quattuor facies quas vidit ezechiel ꝓpheta in animali vno designantur quattuor euangeliste siue q̃ttuor euangelia ab

eis descripta de dño nostro iesu
christo. Et sicut i facie hominis
designatur euangeliuz matthei.
sic in facie leonis designat euan
geliuz marci. Circa qd cõsiderã.
dum. qꝑ lz marcus de omnib⁹ xp̃i
factis scripsit sicut ⁊ alij. tñ spe
cialiter versat ⁊ immorat circa
resurrectionẽ ⁊ regnũ xp̃i qd as
secutus est in sua benedicta re
surrectione. Sm qd dixit aposto
lis immediate post resurrectio
nem suã. mat. xxviij. Data est mi
hi omnis potestas i celo ⁊ in ter
ra. Quod quidẽ regnũ per leonẽ
conuenienter designatur qui est
rex animaliũ. vt dicit isidorus li
bro etymologiarum. xij. Et ideo
materia circa quam specialiter
immoratur euangeliũ marci de
signatur i nomine leonis. Et hoc
ꝓpter tria q̃ i resurrectiõe xp̃i re
periũt ⁊ ꝓprietatib⁹ leõis assimi
lantur. Primũ est resurrectiõis
efficiens principiũ. qd in alijs ho
minib⁹ est extrinsecũ. sed in xp̃o
fuit intrinsecuz Sm qd ipse dicit
Job. x. Potestatem habeo ponẽ
di animam meã ⁊ iterũ sumendi
eam qui propria virtute surrexit
Et similiter huiusmodi in ꝓprie
tate leonis reperit. Dormit em̃
oculis apertis. vt dicit isidorus
vbi supra. Licet autez caro chri
sti in sepulcro dormierit per ve
ram mortem ⁊ anime separatio
nem. tamen diuinitas vtriqz con
iũcta vigilabat. Sm qd dicit Can̄.
v. Ego dormio ⁊ cor meum vigi
lat. Proprietate ⁊ virtute huius
modi diuinitatis sic vigilantis
surrexit a somno mortis. vñ po
test exponi qd dr hieremie. iiij.
Ascendit leo de cubili suo. quia
christus qui est leo de tribu iuda
de sepulcro ascendit virtute pro
pria. Scdo assimilatur leoni ꝓ
pter tempus et modum. qz resur
rectio xp̃i facta est post triduum
qd tamen accipitur per synodo
chen. Ita similiter leo natus de
nouo trib⁹ dieb⁹ dr dormire. Sm
Isido. vbi. s. ⁊ postea fremitu. ⁊
rugitu patris exitat. sic xp̃s post
triduuz dormitionis in sepulcro
virtute dei patris fuit excitatus
a mortis somno. Sm qd dr Act.
iij. Nunc deus suscitauit a mor
tuis ⁊c. Et ideo de hoc potest ex
poni illud genes. xlix. Catul⁹ leo
nis iuda. Et sequit. Requiescẽs
accubuisti vt leo scz in sepulcro
et subditur. Quis suscitabit euz
de somno mortis post triduum.
ad quod potest responderi deus
pater. vt patet ex predictis. Ter
tio assimilatur resurrectio leoni
propter assecutum imperium. qz
licet christus ante resurrectionẽ
humilis et subiectus apparuit.
tamen in resurrectione sua do
minium omniuz obtinuit. Sm qd
dicit apostolus ad Phil. ij. Hu
miliauit semetipsum factus obe
diens vsqz ad mortem. mortem
autez crucis. propter quod ⁊ de
exaltauit eum ⁊ donauit illi no
men quod est super omne nomẽ
vt in nomine iesu omne genu fle
ctatur celestium terrestrium et

infernorum ꝛc. In leone inuenitur hmõi similitudo incptum est rex animaliũ vt predictum est. ꝛ hoc est quod dicitur apocalip. v. Vicit leo de tribu iuda. qꝛ per suam benedictã passionẽ ꝛ resurrectionem subiecit sibi omnem creaturaꝫ. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primã respõdeꝯ negando ꝓnam. et ratio est. quia hic nõ accipitur causa significationis seu figuratiõis ex parte ꝓditionis persone designate per leoneꝫ. sed ex parte materie scripte siue de qua loquitur in euangelio ꝓncipaliter siue specialiter. ¶ Ad secũdã ptꝫ respõsio ad idem. quia ꝓna nõ valet. quia lꝫ euangeliũ marci de omnib⁹ factis xpi loquitur. tamen specialiter versatur circa resurrectionem xpi ꝛ regnum eius.

D tertiam questionẽ quaeritur. vtrũ licitũ fuit sancto marco amputare digitũ vt sacerdotio indignus haberetur. Et videtur ꝙ sic. ¶ Primo sic. Ex historia sua in qua legitur ꝙ sic fecit: et tamẽ nõ reprobaꝯ de hoc. ¶ Secundo sic. Occidere seipsum est magis ꝙ mutilare. Sanson aũt se interfecit. vt habetur Judicũ xvj. Et tamen numeratur inter sanctos. ad hebreos. xj. ergo licitum est mutilare seipsum propter aliquam causam. ¶ Tertio sic. minus bonũ est contẽnendus propter conseruationẽ maioris boni. sicut ad cõseruationẽ vite aliquis proꝗcit merces in mare sed virtus castitatis est maius bonum ꝙ membrũ corporale. ergo licite potest aliquis sibi scindere virilia propter conseruationem castitatis. ¶ In oppositum arguitur per illud quod in decre. dicitur. Si quis amputauerit sibi virilia clericus nõ fiat quia homicida sui est. ¶ Rfideo dicendũ ꝙ quelibet pars corporis ordinatur ad totus cui⁹ pars est. et ideo de ipsa ordinandũ est prout respicit bonum totius corporis. ꝛ vlterius respicit bonus hominis ꝛ cõitatis. qꝛ sicut pars corporis ordinatur ad totus corpus. sic corpus ad hominẽ cui⁹ pars est. ꝛ vnus homo ad totam cõmunitatẽ. Igitur si membrus aliquod fit nociuũ corpori. vtpote propter aliquã egritudinem vel putredinẽ est aliorꝫ membrorum corruptiuũ. Tunc est conclusio prima. ꝙ licite potest abscindi ne inficiat alia membra. ꝛ hoc ab eo cuius est si habeat artem medicandi. vel ab alio deuolũtate eius. quia (vt habetur. ij. ij. q. lxv. arti. j.) cuilibet cõmissa est cura salutis sui corporis. sicut ꝛ homicida ꝛ raptor per iudicem licite occiditur. ꝛ a communitate hoim abscinditur. incptum eius vita esset in nocumẽtũ cõmunitatis. quia iudicibus cõ

¶ Primo sic. resurrectionis tēpus omniū differtur vsqz ad finez mundi vt sit simul omniū resurrectio diuina ordinatione. ergo corpus beate marie nondū resurrexit. ⁊ per cōsequens nō est assumpta cū corpore in celuz. ꝑnia videtur vera. antecedēs ptz p illud Job. xiiij. homo cū dormierit nō resurget donec atteratur celū. nec euigilabit vt cōsurgat de somno suo. ⁊ loquitur de somno mortis. ergo vsqz ad finem mūdi qñ celuz atteretur resurrectio hoim differtur. ¶ In oppositum est fides quasi vniuersalis ecclesie. Dicit enim sanctus tho. in. iiij. di. xliij. (ar. iij. q. j. ad. ij.) ꝙ pie creditur de beata virgine ⁊ iohāne euangelista. ꝙ resurrectio eorum nō est delata vsqz ad finem mundi. ¶ Respondeo dicendū. ꝙ beata virgo in aia ⁊ corpore assumpta est in celum. Ista conclusio ptz. Nam p vniuersam ecclesiā fide

pia suscepta est.quā quidam sanctorum nō solū asserūt.sed etiaz apertis rationib? pbare nitūtur beatus hierony. In his qui cum xpo surrexerūt perpetuā resurrectionē iam esse completā.nōnulli credunt custodem virginis in glorificata carne gaudere cum xpo.necnō de beata maria factā nō ambigimus. Item augustin? idem affirmat. Et tribus rationibus probat. Prima quidē sumitur ex carnis xpi ⁊ virginis vnitate. Arguit sic. Putredo ⁊ vermis humane opprobriū conditionis.a quo opprobrio cū iesus alienus sit maxime natura excipitur quam iesus de ea assumpsisse pbatur. Scda sumit ex corporis dignitate sic. Thronū dei thalamū dñi.celi tabernaculum dignū est ibi esse vbi ipse est.tam preciosum thesaurū dignius est celuz seruare ꝗ terra. ¶ Tertia ratio sumit ex virginalis puritatis integritate. Ait enim sic. Letare maria leticia ineffabili corpore ⁊ anima in xpo filio proprio per ꝓprium filiū.nec sequi debet corruptionis erumna quā nulla secuta est filium pariendo integritat̃ corruptio.vt sit semper incorrupta quā tanta perfudit gratia viuens.que omniū integram perfectāq genuit vitā. Sit cum illo quez suo genuit vtero.si apud illum illa que genuit. fouit ⁊ aluit illum maria dei genitrix ministrix.⁊ nutrix.de qua ꝓ sentire aliter nō audeo aliud dicere nō presumo. Bernardus etiā ratiocinatur ad idez sic. Si sctōꝝ corpora sublimiū.puta petri ⁊ pauli tam gloriosa venerabilia reddidit.⁊ honore tam mirifico sublimauit.vt ipsis deputetur locus eorum venerationi cōgruus.si igitur modo corpus super terram esse dicatur.cū nec deuota frequētatur visitatione fideliū.nec eidem locus deputetur honoris.nimirū videret xps honorē materni corporis cōtēp fisse.cum tñ super terrā alia sanctorum corpora sic honorauit. ¶ Ad argumentū in oppositū dicendū est.ꝗ ratio ꝓcedit vbi nō obuiat priuilegiū alicui datum sic fuit beate virgini ⁊ beato iohanni euangeliste.

In festo sāti bernardi est euangeliū. Nemo accendit ꝛc. Luce vndecio. Circa qd̄ potest disputari sequens questio.

Truz possit in dilectione dei haberi respectus ad aliquam mercedem. Et videtur ꝗ nō ex presenti euāgelio.quia iam oculus non esset simplex si ad aliud haberetur respectus ꝗ ad deuz. ¶ Scdo sic Job.r. Mercēnari?

vituperatur sed mercennarius est qui mercedē querit. ergo dilectio dei ex caritate nō amittit respectū mercedis. ¶ Tertio sic Merces est finis eorū quē propter mercedē fiunt. sed finis diligitur magis q̄ ea que sunt ad finem. si ergo deus ꝓpter aliquā mercedē diligerēt. aliq̄d aliud magis diligerēt deo qd̄ est ꝓtra rōnem caritatis. In oppositū est qd̄ dicit glo. Mat. j. q̄ spes generat caritatē. sed spes est expectatio mercedis. q̄ caritas potest esse cum intuitu mercedis. ¶ Preterea ad Heb. xj. d̄r de sanctis patrib⁹. Aspiciebāt i remunerationē. sed cōstat q̄ ipsi diligebāt deum ex caritate. ergo dilectio dei ex caritate cōpatitur intuitū mercedis. ¶ Rñdeo dicendū iuxta sanctū tho. in. iij. senten. dist. xxix. ar. iiij.) q̄ merces dicit̄ premiū qd̄ quis ex labore vel ope aliquo merēt. Premiuz aūt est qd̄ alicui in bonū ei⁹ redditur. Ūñ merces inq̄tuz hmōi importat aliqd referibile p amorez ad id cui merces reddit̄. mercedem aūt aliq̄s ꝓpter seipsum amat. nō tñ est de ratione mercedis q̄ sit intētionis finis qz plerūq̄z aliquis mercedē ex opere nō querit cui merces datur. ea aūt que ꝓpter se aliquis diligit. vel sunt pfectionis eius formaliter sicut sanitas virtus operatio dilectiōis vel hmōi. vel sunt effectiua vel cōsecutiua vel conseruatiua. aut horū ꝓtrariorum prohibitiua. Ūñ si aliquis amat aliquid extra seipsum illud potest dici merces. inq̄tum ex eo aliquid in ipso relinq̄tur vel seruatur. De ratione aūt amicicie est q̄ amicus sui gratia diligat̄ Unde amicus nō habet in amicicia rationē mercedis ꝓprie loquēdo. q̄uis ea que ex amico nobis fuit rationē mercedis habere possunt. sicut delectationes ⁊ vtilitates quas ex ipso amicus ꝓseq̄tur. ratione quoz ipse amicus potest dici merces q̄si causaliter sicut d̄r merces nostra. ratione eorū q̄ ex ipso nobis sunt. Ptz ergo q̄ ponere mercedē aliquem finē amoris ex parte amati. est cōtra rōnem amicicie. Ūñ caritas p hunc modū oculum ad mercedē habere nō pōt. hoc eñ esset deū nō ponere vltimū finē. sed bona que ex ipso ꝓsequit̄ sed ponere mercedē esse finē amoris ex parte amātis nō tñ vltimū prout scz ipse amor est quedam operatio amātis. nō est cōtra rationez amicicie. qz ipsa amoris operatio cū sit quodd̄ accidēs nō dicit̄ amari nisi ꝓpter suum subiectū. Item inter ea que aliquis ꝓpter se diligit potest esse ordo salua amicitia. Ūñ ⁊ ipsaz operationē amoris possem amare. nō obstāte amicitia ꝓpter aliquid aliud. erit tñ cōtra rōnem virtutis si virtutis operatio ꝓpter aliq̄d aliud virtute inferior cuiusmodi sunt tēporalia bona diligat̄. Ptz ergo q̄ habēs cari

tatem nō potest habere oculū ad mercedē. vt ponat aliqd quodcū q̄z finez amati scz dei. hoc enim esset cōtra rationē caritatis. vt est amicicia quedā. nec iterū vt ponat aliqd tēporale bonū finez ipsi⁹ amoris. qz hoc esset contra rōnem caritatis vt est virt⁹. pōt tū habere oculū ad mercedē vt ponat beatitudinē creatā finem amoris. non aūt finē amati. hoc eñ nec est ꝓtra rōnem amicicie nec cōtra rōnez virtutis. cū beatitudo virtutū sit finis. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad ꝓmam rñdetur negādo ꝓñam. ⁊ ad ꝓbationem rñdetur q̄ oculus nō est simplex si respect⁹ haberetur ad premiū tanq̄ finē ipsi⁹ amati. s. dei. sed vt dictū est. non habetur respect⁹ ad p̄miū q̄ sit finis amati. sed q̄ sit finis seruitij vel amoris. ¶ Ad scdam rñdetur negando ꝓñam. Et ratio est. qz mercēnarius dz ibi qui opus spūale ꝓpter mercedē tēporalē exercet. ⁊ talis vitupat. ¶ Ad tertiā ptz rñsio ꝑ ea q̄ dicta sunt ad primā.

In festo sāti augustini est euāgeliū. Vos estis sal terre ⁊c. mathei. v. Circa qd̄ possunt disputari sequētes questiōes ¶ Pria. vtrū status prelatorū qui faciūt ⁊ docent sit maior q̄ sit i ecclesia dei. ¶ Secuda. vtrum prelatus qui non facit quod docet sit in statu perfectionis.

D primaz questionez sic pcedit. Et videtur q̄ stat⁹ prelatorū etiā qui faciunt et docent non sit maior q̄ sit in ecclesia dei. ¶ Primo sic. dicitur Matt. xix. si vis perfectus esse vade ⁊ vende oia que habes ⁊ da pauperibus. hoc faciūt religiosi. sed non ad hoc tenētur epi. Dicit eñ. xij. q. j. Epi de reb⁹ ppriis vel acquisitis vel quicqd de ppio habēt heredib⁹ suis relinquāt. ergo videtur q̄ religiosorū status sit maior. ¶ Secūdo. persecutio principalius ꝓsistit in dilectione dei q̄ in dilectione prorimi. sed status religiosorū directe ordinatur ad dilectionē dei. vel dei seruitio ⁊ famulatu noiatur vt dicitur. vj. celestis hierarchie. stat⁹ autem eporum videt ordinari ad dilectionē primi. cuius cure superintēdunt. ergo idem quod prius. ¶ Tertio. status religiosorum ordinat ad vitam cōtemplatiuā que potior est q̄ actiua ad quā ordinat status eporū. ergo idem qd̄ prius. ¶ In oppositū est euangeliū. Qui fecerit ⁊ docuerit hic magn⁹ vocabitur ⁊c.

¶ Secundo sic. nullo licet a maiori statu ad minorem transire. hoc enim esset retro respicere. sz potest aliquis de statu religiōis in statum episcopalem transire. ōr enim. xviij. q. j. ꝙ sacra ordinatio de monacho episcopū facit. ergo status prelatorum maior ⁊ perfectior est ꝙ religiosorū. ⁊ p consequens omnium aliorum. ¶ Respondeo dicendum ꝙ statꝰ prelatorum sit maior ꝙ aliquis alius in ecclesia. Probatur ista conclusio primo ex illa euāgelij presentis. in quo christus prelatos alloquēs dixit. Vos estis sal terre. vos estis lux mūdi. Patet etiam ex illo augu. lxviij. dis. c. quorum. vbi vocat eos patres et principes ecclesie. Ratiōe sic respectu religiosorum. (que habetur. ij. ij. q. clxxxiiij. ar. vij.) Sic augu. xij. super Beñ. ad litteram dicit. Semper agens prestātior est patiente. in genere autē perfectionis episcopi ꝑm dionysiuz v. celestis hierarchie. se habent vt perfectores. Religiosi autem vt perfecti. quorum vnum pertinet ad actionez. alterum ad passionem. ergo status episcoporuz maior ⁊ potior est statui religiosorum. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando cōsequentiā. Pro quo notādū iuxta sanctū tho. (vbi. s. ad. j.) ꝙ abrenūciatio ppriaꝝ facultatū dupliciter ꝓsiderari potest. Uno modo ꝑm ꝙ est in actu ⁊ sic in ea non consistit essentialiter perfectio. sz est quoddā perfectiōis instrumētū. Et ideo nihil ꝓhibet statū pfectionis esse sine abrenūciatione ppriorꝝ. Alio modo potest ꝓsiderari ꝑm preparationē animi. vt scz homo sit paratus si opꝰ fuerit omnia dimittere vel distribuere. ⁊ hoc ptinet directe ad pfectioūē. Unde aug. in li. de cōsensu euāgelistarū. Oportet omnes filios sapiētie intelligere. uō in abstinēdo nec in manducādo esse iusticiā. sz in equanimitate tollerandi inopiaz. Unde ⁊ aplus dicit. Scio abūdare ⁊ penuriā pati. Ad hoc autē maxime tenenī epi ꝙ omnia sua ꝓ honore dei. ⁊ salute sui gregis (contempnāt cū opus fuerit vel pauperibꝰ sui gregis largiēdo. vel rapinam bonorum suorum cum gaudio sustinendo. ¶ Ad secundam respondetur negādo minorez si intelligat tantū ⁊c. quoniā prelati vtricz dilectioni scz dei ⁊ primi intendunt imo ꝙ intēdāt dilectioni proximorum prouenit ex abundantia dilectionis diuine. hoc autē est maioris dilectionis signum vt propter amicum etiam alij seruiat ꝙ etiam si soli amico vellet seruire. ¶ Ad tertiaz respondetur. ꝙ prelatus nō solum ordinatur ad vitam actiuam. sed etiam a contemplatiuā de qua debet haurire qd in actiua influat. Unde grego. dicit in pastorali. Sit presul in actione precipuus pre cunctis contemplatione suspensus ⁊c.

D secundā questionem sic proceditur. Et videt q̃ prelatus docēs ⁊ nō faciens nō sit in statu perfectionis. ¶ Primo sic. Qui nō est in gratia non est in statu gratie. ergo pari ratione qui nō est perfectus. cuiusmodi est prelatus q̃ docet bona ⁊ nō facit. ergo talis nō est in statu pfectionis. ¶ Secundo sic. qui est in statu seruitutis peccati nō videtur esse in statu perfectionis. sed mali plati sunt in statu seruitutis peccati. Jo. viij. Qui facit peccatū seru? est peccati. ergo repugnat q̃ sint in statu perfectionis. ¶ In oppositum est q̃ multi prelati sunt q̃ gratia ⁊ caritate carēt. in q̃bus consistit imperfectio. et tñ sunt in statu plationis. que dicit statū perfectionis. ergo ⁊c. ¶ Rñdeo dicendū sub vna cōclusione tali. q̃ nec oīs perfectus est in statu perfectionis. nec oīs qui stat in statu perfectionis est perfectus. Jsta cōclusio sic ostenditur vera iuxta sctm̄ tho. (ij. ij. q. clxxxiiij. art. iiij.) Status ppzie pertinet ad conditionē libertatis vel seruitutis spīalis. Libertas autez ⁊ seruitus potest in homine attendi dupliciter. Vno modo ꝯm q̃ interius agit. Alio modo ꝯm id quod exterius agitur. Et quia vt dicitur. j. Reg. xvj. Homines vident ea que parent. deus autē intuetur coz. Inde est q̃ ꝯm interiorem hois dispositionē accipitur conditio spiritualis status in homine per comparationē ad iudicium diuinū. Scōm autem ea que exterius aguntur accipitur spiritualis status in homine per comparationē ad ecclesiam ⁊ sic de statib? nunc lēgmur ꝓut scilz ex diuersitate statuum quedam ecclesie pulcritudo consurgit. Est autem considerandus q̃ ꝯtum ad hominē ad hoc q̃ aliquis adipiscatur statum libertatis vel seruitutis requiritur quidem primo aliqua obligatio vel absolutio. non enim ex eo q̃ aliquis seruit alicui efficit seruus quia etiā liberi seruiunt. nec ex hoc q̃ aliquis desinit seruire efficitur liber. sicut ptz de seruis fugitiuis. sed ille est ppe seru? qui obligatur ad seruiēdū. ⁊ ille est liber qui a seruitute absoluit. Secūdo requiritur q̃ obligatio predicta cum aliqua solēnitate fiat. sicut cetera que inter hoīes obtinent perpetuaz firmitatem quedam solemnitas adhibetur. Sic igitur ⁊ in statu perfectionis propzie dicitur esse aliquis non ex hoc q̃ habet actum dilectionis pfecte. sed ex hoc q̃ obligat se perpetuo cum aliqua solēnitate ad ea que sunt perfectionis. Constat etiā q̃ aliqui se obligant qui nō seruant ⁊ aliqui implent ad qd̄ nō se obligauerūt. vt ptz Mat. xxj. de duob? fratribus

quorum vnus patri dicenti. Operare in vinea. respondit. nolo. et postea iuit. Alter aũt respõdẽs ait. Eo ꝛ non iuit. Et ideo nihil prohibet aliquos esse perfectos qui nõ sunt in statu perfectiõis. ꝛ aliquos esse in statu perfectionis qui nõ sunt perfecti. ¶ Ad rationes in oppositũ vna respõsio sufficit. ꝙ ꝓcedunt ꝓtum ad interiorẽ statum. nõ aũt ꝓtum ad exteriorẽ. de quo est sermo.

In festo sãcti bartholomei est euangelium. Hoc est preceptuꝫ ꝛc. Johã. xv. Circa qõ potest disputari sequens questio.

Primo. vtrũ beatus bartholomeus et alij apostoli potuerunt dici amici dei. et videꝫ ꝙ non. ¶ Primo sic. amicitia est relatio paritatis. sed deꝰ multo superior est homine. ergo hois ad deũ nõ est amicitia. ¶ Secũdo sic. caritas nõ est amicitia. ergo qui ex caritate diligũt deum nõ debẽt dici habere amicitiã ad deum. antecedens ꝓbatur sic. Nihil est ita propriũ amicicie sicut cõuiuere amico. vt ꝓbs dicit. viij. ethi. sed caritas est hominis ad deum ad quem nõ est hominis ꝛuersatio. ergo caritas talis nõ est amicicia. ¶ Tertio sic. seruitus ꝛ amicitia nõ videntur inter se comparari. Unde dicit dñs. Non dicam vos seruos sed amicos. sed beatus bartholomeus ꝛ alij apostoli sancti semper manẽt sub seruitute dei. Unde quilibet eorũ dicit illud ps. Ego seruus tuus et filius ancille tue. ergo videꝫ ꝙ nõ sunt dicẽdi amici dei. ¶ Quare ex argumẽto xpi quo dicit. Vos dixi amicos. qꝛ omnia que audiui a patre meo nota feci vobis. Arguitur sic. xps nõ fecit eis oia nota que audiuit a patre suo. vt ptꝫ. non enim essent capaces tante sapientie ꝓtam susceperat filius a patre. ergo semper serui ꝛ nõ amici sunt dicẽdi. ¶ In oppositum est euangeliũ presens. Et de beato bartholomeo dicit in historia. cum quereret idolũ qs esset bartholomeus. rñdit. Amicus dei sum. ¶ Respõdeo dicendu ꝙ beatus bartholomeus vere dictus amicꝰ dei est ꝛ alij apostoli. Conclusio ptꝫ ex verbo xpi dicentis. Non dicam vos seruos sed amicos. Et iterũ. Vos amici mei estis si feceritis que precipio vobis. Ratione sic. Quia dilexerũt deum ex caritate. sed caritas est quedã amicicia. Pro quo notandũ ꝙ (vt habetur. d. d. q. xxiij. arti. primo.) ꝛm philosophuꝫ. viij. ethicoꝝ. Non quilibet amoꝛ habet rationẽ amicitie. sꝫ amoꝛ qui est cum beniuolentia.

quãdo scz fic amamus aliquem vt ei bonuz velimus. Si autẽ rebus amatis non bonum velimus sz solũ eoz bonũ velim⁹ nobis. vt dicimus amare vinũ vel equum vel aliud hmõi. nõ est amoze amicicie. sz cuiusdã cõcupiscẽtie. Ridiculũ enim est dicere ꝙ aliq̃ habent amicicias ad vinũ vel equũ. Sed nec beniuolẽtia sufficit ad rõnẽ amicicie. sz requirit quedã mutua amatio. qz amic⁹ est amico amicus. Talis autem mutua beniuolẽtia fundatur sup aliqua cõmunicatiõe. cũ igit fit aliqua cõmunicatio hois ad deũ. ꝑm ꝙ suaz beatitudiuẽ nobis cõmunicat sup hac cõmunicatione opz aliquã amicicią fundari. De qua quidẽ cõmunicatione dz. j. Loz. j. Fidelis de⁹ p quẽ vocati estis in societatẽ filij ei⁹. Amoz autez sup hac cõmunicatione fundata est caritas. Unde manifestuz est ꝙ caritas amicicia quedã est hois ad deũ per quã homo deũ diligit ⁊ de⁹ hoiez. ⁊ sic efficit quedã associatio hominis ad deum. vt dicitur. j. iob. j. Si in luce ambulamus sicut et ipse in luce est societatem habemus ad inuicem. Et ita beatus bartholomeus ambulãs in luce gratie dictus est amicus dei, et omnes alij sancti. de quib⁹ dicitur in psal⁹. Nimis honorati sunt amici tui de⁹. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. qz amicicia non requirit equalitatem sine paritatem equiparentie. sed equalitatem proportionis. vt si vnus amicozũ operet ad alterum ꝑm suã ꝓportionez operat. vt dz viij. Etb. ¶ Ad secdam rndet negãdo assumptũ. Ad ꝓbationẽ negetur minor. Et ratio est. qz duplex est hois vita. Una quidẽ est exterior ꝑm naturã sensibilẽ ⁊ corporalẽ. ⁊ ꝑm hanc vitã nõ est cõmunicatio vel conuersatio cum deo et angelis. Alia est vita spũalis ꝑm mentem. ⁊ ꝑm hanc vitam est nobis conuersatio cum deo ⁊ angelis in presenti quidem statu imperfecte. Unde dicitur Phil⁹. iij. Nostra cõuersatio in celis est Ista cõuersatio perficitur in patria quando serui eius seruient domino et videbunt faciem ei⁹ vt dicitur apocalip. vlti. Et ideo hic est caritas imperfecta. sz perficietur in patria. ¶ Ad tertiam respondetur. negando consequentiam. Et ad probationem respondetur. ꝙ intelligitur de seruitute seruili. quia si timore seruili sunt subiecti. talis timor expellit ab animo caritatem. timore vero filiali semper sancti permanent. ꝑm illud ps. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Et isto modo sancti dicuntur serui. Romanoz. j. Paulus seruus iesu christi.

¶ Ad quartam respondetur. ꝙ illud. omnia q̃cunqz audiui a patre meo. nõ est intelligẽdũ de oibus simpliciter ⁊ absolute. quia istud erat ipossibile vt argutũ est. sz in

telligendū est de omnibus pertinentibus ad eorū statū cuiusmodi sunt illa que pertinent ad eorū salutē ⁊ fidei motū ⁊ p̄dicationem ⁊ ecclesie gubernationem.

IN festo decollatiōis beati iohānis baptiste est euangeliuz. In illo tēpore. Misit herodes ⁊c. Marci.vj. possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. vtrum beatus iohannes moriēs ex hoc q̄ dicebat herodi. Non licet tibi habere vxorē fratris tui verus martyr sit colēdus. ¶ Secunda. vtrum iuramentuz qd herodes prestitit saltāti puelle excusare potuit herodez a peccato mortis iohannis baptiste.

D primaz questionē sic procedit. Et videturq̄ beatus iohannes moriens ex ꝓ q̄ dicebat herodi. Non licet tibi habere vxorē fratris tui. verus martyr sit recolendus. Et videtur q̄ non. qr videtur q̄ sola fides sit causa martyrij. Probatur sic. Dicit. j. petri iiij. Nemo vestrum patiat quasi homicida. aut fur. aut aliqd huiusmodi. si autem vt xp̄ianus nō erubescat. glorificet deuz in isto noie. sz ex hoc ōr aliqs xp̄ianus q̄ tenet fidē xp̄i. ergo sola fides xp̄i dat patientibus martyrij gloriam. ¶ In oppositū est euangeliū presens. et fides vniuersalis ecclesie. ¶ Rideo dicēdū. q̄ beatus iohānes p reprehēsione adulterij mortē sustinens verus martyr fuit. ⁊ vt martyr est venerandus. Ista pclusio declarat sic iuxta san. tho. (ij. ij. q. cxxiiij. ar. v.) Martyres dicunt quasi testes q̄ scz corporalibus suis passionib⁹ vsq̄z ad mortez testimoniū perhibent veritati. non euicūq̄. sed veritati que fm pietatem p xp̄m nobis innotuit. Ubi etiaz martyres xp̄i dicunt quasi testes ipsius. hu iusmodi aūt est veritas fidei. et ideo martirij causa est fidei veritas. sed ad fidei veritatem nō solum ptinet ipsa credulitas cordis. sed etiam exterior protestatio. que quidem fit nō solum per verba quibus aliquis confitetur fidem. sed ⁊ per facta quib⁹ fidem se hebere ostēdit. fm illud Ja. ij. Ego ostendā tibi ex operibus fidē meā. Ubi ⁊ de ꝗbusdam ōr ad titū. j. Cōfitēt se nosse deū factis aut negāt. Et ideo omniū virtutū opera fm q̄ referunt in deū. sunt quedā ꝓtestatiōes per quas nobis innotescit q̄ de⁹ huiusmodi opera a nobis requirit ⁊ nos ꝓ eis remunerat. ⁊ fm hoc possunt esse martyrij causa. sz q̄ videmus q̄ beati iohis baptiste martyrium in ecclesia celebratur qui non pro negāda fide sz p reprehēsione adulterij mortē susti

mit. ¶ Ad rationẽ in oppositum respondet. Dicim? em̃ q̃ verum est qd̃ dr in minori. q̃ xp̃ian? dr q̃ xp̃i est. sz aliqs dr esse xp̃i non solum ex eo q̃ hz fidẽ xp̃i. sz etiam ex eo q̃ spũ xp̃i ad opa virtuosa pcedit fm illud Roma. viij. Si quis spũm xp̃i non hz hic non est eius. ⁊ etiã ex hoc q̃ ad imitationem xp̃i morit. fm illud Gal. v. Qui xp̃i sunt carnẽ suam crucifixerunt cũ vitijs ⁊ cõcupiscẽtijs. ⁊ ideo vt xp̃ianus patit non solũ qui patit ꝓ fidei cõfessione q̃ fit p ñba. sz etiã q̃ patit ꝓ quocũq̃z ope faciẽdo vel ꝓ quocunq̃z pctõ vitãdo ꝓpter xp̃m. qz totũ hoc pertinet ad fidei ꝓtestationem.

D secũdaz q̃stionẽ. vtruz iuramentuz lz incautũ qd̃ herodes prestitit saltãti puelle excusare potuit herodẽ a pctõ mortis iobis baptiste. Et videt q̃ sic iuramentum incautũ dr qd̃ vergit in exitum maluz vel min? bonũ. sz tale obligat. ptz. qz tale fuit iuramentuz qd̃ iosue iurauit gabaonitis pacẽ ⁊ q̃ nõ occideret eos. iosue ix. ⁊ tñ preceptuz dei erat in contrariũ. Preceperat enim deus q̃ occideret omnes habitatores ⁊c. sicut habetur Deut. xiij. Et obseruauit iosue iuramentum credẽs se obligatuz. Vñ ambro. li. de officijs. xxij. q. iiij. loquens de iuramẽto iosue. dicit sic. iesus tñ pacem quã dederat reuocandã nõ censuit. qz firmata erat sacramẽti religione. ne dum alienã perfidiam redargueret. suam fidem solueret. soluisset ergo suam fidem si non tenuisset qd̃ iurauerat. Similiter ergo videt q̃ herodes iurans se daturum puelle quicquid peteret obligat ad soluendum quod iurauerat. lz esset contra preceptum dei. sicut fuit illud quod fecit iosue. ¶ In oppositum est canon isidori. xxij. q. iiij. In malis ꝓmissis rescinde fidem. in turpi voto muta decretũ qd̃ incaute vouisti non impleas. impia ergo ꝓmissio que scelere adimpletur non obligat. nec tale iuramentũ excusat a peccato perpetrato. ¶ Respondeo dicendu q̃ iuramentũ herodis non excusauit eum a nece beati iohannis vt ostẽdit augustinus. optime in sermone hui? festiuitatis. Pro quo notanduz iuxta sanctũ tho. in. iij. C di. xxxix. q. j. ar. iij. q. j.) q̃ duplex est iuramentuz. vnũ assertoriũm. ⁊ aliud ꝓmissoriuz. Promissoriũm iuramẽtum est de eo quod in futurum a iurante faciẽdum expectatur vel per se vel per alium. Assertoriũm ñ o est qu od fit per cõfirmationem veritatis etiaz presentis ⁊ preterite. ⁊ etiã si ipsius causam non sciimus. In iuramento autem assertorio est vna tantum obligatio. scz qua quis obligatur ad peccatum. si veritas suo iuramento desit. In

iuramēto autem promissorio est duplex obligatio. Una qua quis obligat ad faciendū hoc qd iuramento pmisit. Alia qua obligat ad peccatū si nō fecerit. Vis igitur visis sciendū, q̄ sicut non omis assertio est digna vt iuramēto firmetur. ita nec omnis promissio. sz illa tantū que ad vtilitatē aliquam ptinet. Uñ si pmissio que est de aliquo qd salutē impediat siue sit cōtrariū saluti. siue vie pfecte in salutē iuramēto firmet ex hoc ipso iuramentū efficit indebitū quasi act' cadēs sup indebitam materiaz. vñ obligat scda obligatiōe que est ad peccatum nec remanet eiusmodi obligādi prima obligatiōe ad faciendū. Prima eñ obligatio est ad vitandum scdam obligationē. Uñ iuramētum qd de necessitate ad peccatū obligat ipo facto ab alia obligatiōe euacuat. Et ideo lz iuramētum herodis q̄ daret puelle saltāti qd peteret. potuisset esse a pncipe licitū. intellecta debita conditione. scz si peteret qd dare deceret. impletio tñ iuramēti fuit illicita. z ideo nō obligabatur in aliquo. Uñ ambro. libro de officijs. Est cōtra officiū nōnunq̄ pmissum soluere iuramentū. sicut herodes qui necem iobis. prestauit ne promissum negaret. ¶ Ad rationem in oppositum rndet negādo psequentiā. Et ratio est. qz iuramētū iosue nō erat de eo qd fm se esset illicitū. sicut est adulteriū. homicidiū. et similia. sz de eo qd factū erat illicitū. qz phibituz. Uñ in hoc sufficiebat seruare intentionē phibentis. Et ideo dicit Ambrosius libro de officijs. Mulctauit eos meliori morte. scz obsequio ministerij diuini. vt esset clementior sententia. sz diuturna. et sic quodammodo occisi sunt morte legali q̄ est seruitus.

In festo natiuitatis beate marie virginis. est euāgeliuz. Liber generationis. ꝛc. Mat. j. Circa qd possunt disputari sequentes q̄stiones. ¶ Prima. vtrū xps descendit fm carnem de semine dauid. ¶ Scda. vtr̄ beata maria fuerit sanctificata ante natiuitatē ex vtero. ¶ Tertia. vtrū beata ꝗgoꝗ sanctificationē obtinuerit gre plenitudinē siue pfectionez.

In prima questione sic pceditur. Et videt q̄ christus nō descēdit fm carnez de semine dauid. ¶ Primo sic. matthe' in presenti euāgelio. Liber generationis. genealogiā xpi texens eaz ad ioseph perduxit. Joseph autez non fuit pater xpi. nō

ergo videt q̄ xp̄s de semine da-
uid descenderit. licet ioseph sic.
¶ Secundo sic. aaron fuit de tri
bu leui. vt pz Exodi. vj. Maria
autem mater christi cognata ōr
Elizabeth que est filia aaron vt
pz luce. j. cum ergo dauid de tri-
bu iuda fuerit. vt pz mat. j. videt
q̄ christus de semine dauid non
descēderit. ¶ Tertio sic. Iere.
xxij. ōr de iechonia. Scribe virū
istum sterilem. nec enim erit de
semine eius vir qui sedeat super
solum dauid. sed de christo dicit
ysa. xi. Super solum dauid sede
bit. ergo christus non fuit de se-
mine iechonie. nec per cōsequēs
de semine dauid. qr mattheus a
dauid per iechoniam seriem ge-
nerationis perducit. ¶ In oppo-
situm est euangelium presens. Li
ber generationis. ¶ Respondeo
dicendum. q̄ christus fm carnez
descendit de semine dauid. Ista
conclusio pz per apostolum ad
Roma. j. qui de christo loquens
ait. Qui factus est ex semine da-
uid fm carnem. Pro quo notan-
dum q̄ specialiter xp̄s ōr filius
esse abraham et dauid. vt pz in
principio euangelij. Cui? est mul
tiplex ratio. (vt habet. iij. pte. q.
xxxj. ar. ij.) Prima. qr ad hos spe
cialis de christo repromissio fa-
cta est. Dictum est enim abrahe
Genes. xij. Benedicentur in te
omnes generationes. quod apo-
stol? de christo exponit. ad Gal.
iij. Abrahe dicte sunt repromis-
siones ⁊ semini eius. Non dicit ⁊
seminib? quasi in multis. sz quasi
in vno. ⁊ semini tuo quod est chri
stus. Ad dauid autez dictum est.
De fructu ventris tui ponam su
per sedem tuam. Unde ⁊ populi
iudeorum vt regem honorifice
suscipientes christum dicebant.
matthei. xxj. osanna filio dauid.
Secunda ratio est. qr xp̄s futu-
rus erat rex et propheta ⁊ sacer-
dos. Abraham autem sacerdos
fuit dum impleuit officiū sacer-
dotis offerēdo hostiam domino.
Unde dñs ad eum Gen. xv. Su
me tibi vaccā triennem ⁊c. Fuit
etiam ꝓpheta fm illud quod ōr
Gen. xx. Propheta est ⁊ orabit p
te. Dauid autem rex fuit ⁊ ꝓphe
ta. Tertia ratio est. qr in abrahā
primo incepit circuncisio in da-
uid autez maxime manifesta est
dei electio. fm illud. j. Regum
xiij. Quesiuit sibi dominus virū
iuxta cor suum. Et ideo vtriusq̄
filius christus conuenientissime
est vt ostendatur esse in salutem
circuncisioni et electioni genti-
lium. ¶ Ad rationes in opposi-
tum. ¶ Ad primam respondetur
negando consequentiam. Et ra-
tio est. quia vt dicit Augustinus
Cum euangelista Matth. dicat
virum marie ioseph esse. et chri
sti matrem virginem esse. chri-
stuz ex semine dauid. quid restat
nisi credere. et mariam non fuis
se extraneā a generatiōe dauid ⁊
eaz ioseph coniugem nō frustra
appellatam ꝓpter animorū cōfe
derationē. q̄uis ei nō fuerit cō-

mixtus. Et hiero. sup mattheuz dicit. Ex vna tribu fuit ioseph maria. Unde etiam ꝑm legem eaz accipere cogebatur vt ꝓpinquam. ꝓpter qd ⁊ simul censent in bethleem. quasi de vna stirpe generati. ¶ Ad secūdam rndet iuxta sententiam augustini contra faustū. ꝙ si ioachiz pat marie de stirpe aarō fuit vt faustus per ꝗsdā scripturas apocriphas asserebat. credendū est ꝙ mater ioachim fuit de stirpe dauid. ⁊ sic in christo fuerunt iuncte regiuz genus et sacerdotale. vt dicit gregorius Nazanzenus oportet ꝙ christus qui est rex et sacerdos ab vtroqz nasceret ꝑm carnem. ¶ Ad tertiam respondet negando ꝛsequentiā. Et ratio. est quoniam ꝑ illam auctoritatem prophetica sicut ambrosius dicit super Lucam. non negatur ex semine Jechonie posteros nascituros. ⁊ ideo christus de semine eius est. non em̄ seculari honore regnauit. ipse em̄ dixit. Regnuz meum non est de hoc mundo.

D secundā questionē sic pcedit. Et videtur ꝙ beata maria non fuerit sanctificata añ natiuitatem ex vtero. ¶ Primo sic dicit apostolus. j. Loz. xv. Non prius qd spūale est sed qd animale. deinde quod spūale est. ſz per gratiam sanctificatā nascit homo spūaliter in filium dei. ꝑm illud Job. j. Ex ideo nati sunt. natiuitas aūt ex vtero est natiuitas animalis. non ergo beata virgo prius fuit sanctificata q̄ ex vtero nasceretur ¶ Scdo. Sicut dicit augustinus ad Dardanū. Sāctificatio qua efficimur templū dei non nisi renatoz est. nemo autem renascitur nisi ꝓus nascat. ergo beata virgo non fuit prius sanctificata q̄ ex vtero nasceret ¶ Tertio sic. Dicit hieronymus Non mihi credas si aliqd tibi dixero qd ex veteriz nouo testamēto haberi nō possit. sed de sanctificatiōe beate marie in vtero nihil habetur in aliquo testamēto rum. ergo non est credēduz eam fuisse sanctificataz. ¶ In oppositum est ꝙ ecclesia celebrat natiuitatem beate virginis. non aūt celebratur festum in ecclesia nisi pro aliquo sancto. ergo beata maria fuit in sua natiuitate sancta fuit. ergo in vtero sanctificata. ¶ Rndeo dicendū. iuxta sanctū thomā in tertia pte (q. xxvij. ar. j.) De sanctificatione beate marie scz ꝙ fuerit sanctificata in vtero nihil in scriptura canonica traditur. q̄ nec etiā de eius natiuitate mentionē facit. ſz sicut beat? augusti. de assumptione ipsius virginis rationabiliter argumentatur. ꝙ cum corpore assumpta sit in celuz. quod tamē scriptura nō tradit ita rationabiliter argumentari possumus. ꝙ

fuerit sanctificata in vtero. Rationabiliter eñ creditur ꝙ illa q̄ genuit vnigenitū a patre plenuz gratie ⁊ veritis pre omnib⁹ alijs maiora gre priuilegia accepit. Unde legit. Lu. j. ꝙ angelus ei dixit. Aue gratia plena. Inuenimus aūt quibusdā alijs hoc priuilegium esse cōcessum vt in vtero sanctificarent. sicut hieremie dictum est. Anteqū exires be vulua sanctificaui te. Et sicut iohāni baptiste. de quo dictū est. Lu. j. ꝙ spūsancto replebitur ex vtero matris sue. Uñ rationabilit creditur ꝙ beata virgo sanctificata fuerit anteqū ex vtero nasceretur. Unde beatus bernardus in matutinali officio in suo sermone q̄ legitur. istam orationez cōplectens. ita ait. Beatam virginem omnib⁹ modis cōstat ab originali contagio priusq̄ nasceretur esse mundatā. quam nimirum pietas christiana credere ꝓ hibet vel min⁹ a hieremia in vtero sanctificatam. vel non magis a iohanne spūsancto repletam. nec eñ festiuis laudibus nascēs honorareturſi non sancta nasceretur. Est itaq̄z virgo regia veris bonorz titulis cumulata que proculdubio sancta fuit anteqū nata. ego puto ꝙ copiosior sanctificationis benedictio in ipsa q̄ in alijs sanctis ab vtero sanctificatis descenderit. q̄ non solus ipsum ortū sanctificauit. sed vitaz eius ab omni peccato deinceps immunem conseruaret qd̄ alteri nemini in natis mulierum creditur esse donatum. hec bernar. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primam respōdet. ꝙ etiā in beata virgine prius fuit animale et post id qd̄ est spūale. qz hus fuit fm carnem concepta. ⁊ postea ꝗz spiritum sanctificata. ¶ Ad secundam respondet. ꝙ augustin⁹ loquitur de regeneratione q̄ fit fm legem cōmunem fm quā per sacramenta non regenerant aliqui nisi prius nati. sed deus huic legi sacramentorz potentiaz suā non alligauit quin aliquibus ex spirituali priuilegio gratiā suaz cōferre possit anteqū nascant ex vtero. ¶ Ad tertiam rñdetur (vt habetur. iij. sen. di. iij. q. j. ar. j. q. iij. ad iij.) ꝙ q̄uis sanctificatio beate virginis in vtero exp̄sse in scriptura veteris ⁊ noui testamēti non legat tñ pro certo haberi potest ex his q̄ ibi leguntur. Si eñ hieremias ⁊ iohannes sanctificati sunt q̄ xp̄m prenūciauerūt multo magis beata virgo q̄ xp̄m genuit. vnde non fallitur ecclesia sanctum reputans sue natiuitatis diem vt inq̄t. bernard⁹.

D tertiam questionez sic pcedit. Et videtur ꝙ beata virgo per sanctificationem in vtero nō obtinuerit gre plenitudinē. ¶ Primo sic. Doc eñ videtur ptinere

ad priuilegium xpi. fm illud. Iohannis. j. Vidimus eū quasi vnigenitum a patre plenū gratie et veritatis. sed ea que sunt p̄ria christi nō sunt alijs attribuenda ergo beata virgo plenitudinem gratie non accepit in sanctificatione. ¶ Scdo sic. Et qd est plenum ⁊ pfectum non restat aliud addendum. qz perfectū est cui nihil deest. vt dz. iij. phi. Postq̄ autem nata est addictionē gre suscepit qñ xpm̄ pcepit. dictuz eñ est ei. Spūsanctus superueniet in te ⁊c. Iterum qñ in gloriaz est assumpta. ergo videt q̄ non habuerit in p̄ma sua sanctificatione plenitudinem gratiaz ¶ Tertio. Deus non facit aliquid frustra. frustra aūt habuisset aliq̄s gratias cū earū vsuz nunq̄ exercuit. Non eñ legitur eam docuisse qd est actus sapientie. aut miracula fecisse. qd est act⁹ gratie gratis date. non ergo habuit plenitudinem gratiaz in sanctificatione sua prima. ¶ In oppositum est qd angelus ad eam dixit Aue gratia plena. qd exponens hiero. in sermone de assūptione dicit. Bene gr̄a plena q̄ ceteris p partes p̄stat. Marie vero se tota simul infudit gratie plenitudo. ¶ Respondeo dicendū. q̄ beata virgo in sua sanctificatiōe recepit fine obtinuit gratie plenitudinē. Ista pclusio ostendit iuxta sanctum thomā (iij. p. q. xxvij ar. v.) Quanto aliq̄d magis appropinquat p̄ncipio in quolibe genere tanto magis pticipat effectum illius principij. Unde dicit dionysius. iiij. celestis hierarchie. q̄ angeli qui sunt deo ppinquiores magis pticipant de bonitatibus diuinis q̄ homines. Christus aūt est principium gre fm diuinitatem quasi auctoritatiue. fm hūanitatem misterialit̄. Unde et iob. j. dz. Gratia ⁊ veritas per ibm xpm̄ facta est. beata autē. virgo maria ppinquissima xpo fuit fz humanitatē. qz ex ea accepit humanā naturaz. ⁊ ideo preceteris maiorē debuit a xpo plenitudinez gratie obtinere. et ita obtinuit. ¶ Ad ratiōes in oppositum. ¶ Ad primam rñdetur. negando pseqnentiam. Et ratio est. qz alia ⁊ alia ē plenitudo gre christi et beate marie. Pro quo notandum. q̄ vnicuiq̄ a deo datur gratia fm hoc ad qd eligit. ⁊ qz xp̄s inquantū homo fuit p̄destinatus et electus vt esset p̄destinatus filius dei in virtute sanctificationis. hoc fuit ppriū sibi vt haberet talē plenitudinez gr̄e q̄ redundaret in omēs. fm qd dz iob. j. De plenitudine eius omnes accepimus. sed beata virgo maria tantam gratie obtinuit plenitudinem vt esset propinquissima autori gratie. ita q̄ eum qui est plen⁹ omni gratia in se reciperet et euz pariēdo quodā modo gratiam ad omēs deriuaret. ¶ Ad secundam rñdetur. negando consequentiaz. Et ratio est. qz multiplex est perfectio gratie. Sicut

em̄ in naturalibus. prima est perfectio dispositionis. puta cū materia est perfecte ad formam disposita. Scda est pfectio forme que est potior. Nam et ipse calor perfectior est q̄ prouenit ex forma ignis. q̄ ille q̄ ad formam disponebat Tertia autē est perfectio finis. sicut cum ignis habet perfectissime suas q̄litates cuz ad locum suum peruenerit. Et similiter in beata virgine fuit triplex pfectio gratie vt ait sanctꝰ thomas (vbi. s. ad. ij.) Prima q̄dem perfectio dispositiua p quā reddebat̄ idonea ad hoc q̄ esset mater xpi. et hoc fuit perfectio sanctificationis. Scda aūt perfectio gratie fuit in beata virgine ex presentia filij dei in eiꝰ vtero incarnati. Tertia aūt pfectio est finis quem habet in gloria q̄ autem scda pfectio sit potior q̄ prima. ⁊ tertia q̄ scda. patet quidem. Uno modo p liberationez a malo. nam p̄mo in sua sanctificatione fuit liberata a peccato originali Secundo in ꝓceptiōe filij fuit totalit̄ mūdate a fomite. Tertio vero in glorificatiōe fuit liberata etiā ab omni miseria. Alio modo p ordinem ab bonum. nam primo in sua sanctificatione adepta est gratiam inclinantem eam ad bonū. In conceptione aūt filij dei collata est ei gratia ꝓfirmās eam in bono. In sui ꝯo glorificatione cōfirmata est gratia pficiens eaz in fruitione omnis boni. ¶ Ad tertiam respondetur. negando ꝓsequentiā. Unde dicimꝰ cū sancto thoma (vbi. s. ad. iij.) q̄ non est dubitandum quin beata ꝯgo accepit excellēter ⁊ etiam donū sapientie et gratiam ꝯtutum prophetie. sicut habuit xps non tamen accepit vt haberet omnes vsus eaꝝ ⁊ similiuz gratiarum sicut habuit xps. sed p̄m q̄ ꝓueniebat ꝓditioni ipsius. Habuit em̄ vsum sapiētie in ꝓtemplando. p̄m illud Lu. ij. maria autem ꝓseruabat omia verba hec ꝓferens in corde suo. Non autem habuit vsum sapientie quātuz ad docendū. eo q̄ nō ꝓueniebat serui muliebri. p̄m illud. j. thi. ij. Docere aūt mulierī nō pmitto. Miraculoꝝ aūt vsus sibi non ꝓpetebat dum viueret. q̄ tunc temporis ꝓfirmāda erat doctrina xpi miraculis. ⁊ ideo soli xpo et eiꝰ discipulis q̄ erāt baiuli doctrine xpi ꝓueniebat miracula facere. ꝓpter qd̄ etiaz de ioh̄anne baptista d̄z iob. iij. q̄ signū nullum fecit. vt scilicet omnes in christum intenderent. Usum autem prophetie habuit vt patet in cantico quod fecit. Magnificat anima mea dominum.

In festo exaltatiōis sancte crucis est euangelium. In illo tēpore. Dixit iesus turbis ⁊c. Nunc iudicium est ⁊c. Johannis. duodesimo. Circa qd̄ possūt

disputari sequentes questiones. ¶ Primo. vtrũ conueniens fuit vt xps in cruce exaltatus moreretur pro nobis. ¶ Scdo. vtrum sit verus q̃ xps exaltatus omnia traxit ad se. ¶ Tertio. vtrus xps per exaltationẽ crucis que proprie est humiliatio meruit exaltationem sui.

D primas ꝗstiones. vide i die parasceue vbi est disputata plene Et inuenies.

¶ Ad secundam questionem sic pceditur. Et videtur q̃ xps exaltatus in cruce nõ traxit omnia ad se. ¶ Primo sic. nõ omnes conuersi sunt ad fidẽ xpi post exaltationem suam. vt ptz. quoniam multi sunt infideles. ergo ꝛc. ¶ Secũdo sic. per exaltationem xpi in cruce non est eiectus diabolus quoniã ita nunc sicut ãte. ꝛ temptat homines quo ad animas. vt vexat quo ad corpus. ¶ Tertio sic. per passionem xpi non sumus liberati a peccato. ergo per exaltationem suam non sumus tracti ad ipsum. consequentia videtur bona. antecedens probatur sic. Nullus potest liberari a peccato quod nondum commisit seu qõ in posterum est commissurus. cum ergo multa peccata post exaltationem suam fiunt commissa ꝛ continue committuntur. ergo ꝛc. ¶ In oppositum est euangelium presens.

¶ Respondeo dicendum. q̃ hoc quod christus dixit. Si exaltatus fuero omnia traham ad me. est verissimum bene intellectus. Et est iste intellectus q̃ ex amore ostenso in cruce ad genus humanum habuit vim attractiuam omnium entium. trahit ergo oia ex caritate ad seipsũ hiere. xxxj. In caritate perpetua dilexi te. ideo attraxi te miserans. In hoc actu maxime apparet caritas dei ad homines inq̃tũ pro ipsis mori dignatus est. Rom̃. quinto. Commendat deus suam caritatem suam in nobis. quoniam cũ adhuc peccatores essemus xps pro nobis mortuus est. Et in hoc compleuit quod sponsa petit. Canti. j. Trahe me post te ꝛ curremus in odore vnguentorũ tuorum. Unde berñ. super cantica. Super omnia amabilem te mihi reddit calix quem bibisti o bone iesu. opus nostre redemptionis. nihil allicit blandius. nihil exigit vtilius. nihil affectat vehementius. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia textus nõ dicit Traham omnes. sed omnia scz genera hominũ. scz gentiles. iudeos. seruos ꝛ liberos. mares ꝛ feminas. vel omnia. id est omnia predestinata. omnes isti finaliter trahentur. ¶ Ad secundũ respondetur q̃ assumptũ falsum est. q̃

euangelium est in oppositū. vbi xps sic ait. Princeps huius mūdi eicietur foras. Ad pbationē rñdetur q̃ (vt habet.iij.sen.dis. xix.arti.ij.) potestas demonis in duobus cōsistit. in impugnādo ⁊ detinēdo deuictos. Ex eo aūt q̃ quis impugnat nōdū seruus factus est. sed ex eo q̃ vict⁹ est. vt ptz.ij. Petri.ij. Deuicerat autez diabolus totū genus humanum in primis parētibus. ⁊ eis dominabatur duz eos ad hoc ꝓm suū votū deduxerat. vt nul⁹ paradisi ianuā introiret. deuicerat etiā vnūquēq̃z singulariter dum eum ad peccatū inclinat. qz qui facit peccatū seruus est peccati. potestatē ergo diaboli qua victos detinet xps per passionē suā amouit q̃tum ad sufficientiā. q̃uis nō q̃tum ad efficientiā. nisi in illis qui vim passionis suscipiūt per fidē ⁊ charitatē ⁊ sacramenta. Et per hoc ꝯz dominiū diaboli euacuasse. sed potestatem qua impugnat nō ex toto euacuauit sed debilitauit dū ipsum hostez vicit. ⁊ dū hoibus auxilia multa ad resistendū tribuit. sicut sacramenta ⁊ alia hmōi. ¶ Ad tertiā rñdetur negādo assumptū. qz (vt habet.iij.par.q.xlix.ar.j.ad.iij) xps nos liberauit a peccatj causaliter. i. instituēs causaz nostre liberationis. ex qua possent quecūqz peccata qñcūqz remitti vel ptérita vel psentia vel futura. sicut si medicus facit medicinam ex qua possint quicūqz morbi sanari. et etiam in futurum.

D tertiaz questionez sic pcedit. Et videtur q̃ ex altatione crucis xps nō meruit exaltationem. ¶ Primo sic. Ex hoc q̃ humana natura assumpta fuit exaltata est ⁊ nomen deitatis sibi debetur. sed assumptionem nō meruit. ergo nec exaltationem. ¶ Scdo sic. nomem qd est super oñe nomē est nomē in quo oñe genu ffectit. sed hoc est nomē ie sus vt ꝯz Phil.ij. cū ergo hoc nomen nō meruerit. sed ante cōceptionē sibi impositū fuerit. videtur q̃ nō meruerit nomen qd est super oñe nomen. ¶ Si dicatur q̃ meruerit q̃tum ad manifestationez. Cōtra. Ante etiā hoc manifestū erat. Ñ demones eum pfessi erāt. ⁊ pueri. ⁊ pphete predixerūt. ergo hoc ipse nō meruit ¶ Tertio. meritū ordinat ad premiuz sed facere aliqd ꝓpter estimationē hoim pertinet ad inanē gloziam que in xpo nō fuit. ergo exaltationē q̃tum ad manifestationez hoim nō meruit. ¶ In oppositū est illud Luc.xiiij. Qui se humiliat exaltabit. Item illud Phil. ij. Factus est obediens vsqz ad mortē. sequtur. Propter qd ⁊ deus exaltauit illū ⁊c. ¶ Respondeo dicendū. q̃ xps per exaltationē crucis que fuit humilia

tio magnam meruit exaltationē apud homines. Pro cuius conclusiōis ampliori notícia notandum. q̃ (vt habetur. iij. sentē. distinctiōe. xviij. articulo quarto. questiōe. iij.) aliqua sunt de substantia beatitudinis. sicut dotes anime et corporis. aliqd autem qd est de bene esse ipsi⁹. sicut manifestatio beatitudinis ad alios in qua etiam gloria consistit. qr gloria est clara cum laude notícia vt dicit glosa Johā. vlt. Sic etiaz philosophus dicit q̃ de bene esse ipsius felicitatis est vt felix etiā post mortē viuat in memorijs hoim. Quia ergo in xpo debuit essa complectissima beatitudo. ideo nō solum in seipso beatus fact⁹ est. sed etiā ad perfectionem beatitudinis sue sua beatitudo alijs ostensa fuit. Et fm hoc dicitur suā exaltationez meruisse. Que quidez exaltatio in tribus consistit. scz in notícia nois. fm qd dicitur nomē super omne nomen accepisse. qr nomē de re notíciā facit. Item in reuerentia corporis q̃tum ad genu flectionē. Itē in cōfessione oris Et hoc est qd dicit apostolus. Et omnis lingua cōfiteat ꝛc. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primam respōdetur negando ꝓnaz. Et ratio est. qr q̃uis fuerit exaltatus ab initio sue cōceptionis. nō tamē sua exaltatio fuit tunc manifesta. sed post resurrectionem. qr ante nō fuit sic nota sua diuinitas. Et res in sacra scriptura tunc dicitur fieri quando innotescit. Unde cum dicit apostolus. Donauit. exponit. id est fecit manifestū mūdo q̃ hoc nomen haberet. ¶ Ad secundā respōdetur. q̃ nomen qd est super omne nomen esse dicit. vel q̃tū ad id a quo nomen imponitur. ꝛ sic est nomen iesus vel xps. quia vtrūq̃ imponitur et vnione humane nature ad diuinā. quia fm hoc vnct⁹ dicitur qd deo est vnitus. ꝛ fm hoc etiam a peccatis saluos potest facere. vel q̃tum ad id cui imponitur. ꝛ sic hoc nomen deus est supra omne nomē. quia imponitur sibi fm diuinam naturam. ꝛ hec omnia q̃uis fuerint in eo fm rei veritatē a principio sue cōceptionis. non tamē erant in notícia hominum. ¶ Ad cōfirmationē respōdetur negando ꝓsequentiā. Et ratio est. quia ꝛz ante resurrectionē esset manifesta xpi exaltatio. non tamen omnibus sed paucis. ꝛ etiam nō per certitudinē. sed per quandā coniecturā. sicut demonibus et aliquibus iudeis. sed post resurrectionē altitudo toti mundo notuit per certitudinē fidei. ¶ Ad tertiam respōdetur. negando cōsequentiā. Et ratio est. qr meritum nō fit ꝓpter premiū nisi ad quod ordinat principaliter. hoc autem est illud quod est de substantia beatitudinis. Unde etiā q̃uis honor ciuilis sit quo premiatur virtus ciuilis. tamen ciues non operantur propter illuz

honorem virtutis opera. sed pro pter bonum ipsius virtutis.

IN festo sā cti matthei apostoli est euā gelium. Cum trāsiret iesus ꝛc. Matt. ix. Circa qd̄ possunt disputari sequētes questiones. ¶ Prima. vtrum mattheus euangelista conuenienter inter alios euangelistas designatur figura hominis. ¶ Secūda. vtrū cōuersio ꝛ sequela matthei fuit miraculosa. ¶ Tertia. vtrū matthe⁹ fuit immediate de teloneo vocatus siue assumptus ad apostolatum.

D primaz questionez sic pceditur. et videtur ꝙ beat⁹ mattheus non conuenienter alios euangelistas designat⁹ est in figura hominis. ¶ Primo sic. matthe⁹ nō est locutus sapientius aut nobilius ꝙ ceteri euangeliste. qz eodem spiritu edocti sunt. ergo nō videtur cōuenienter ꝙ ipse plus designat figura rationalis animalis ꝙ alij. ¶ In oppositum est ꝓpheta ezechielis que designat euz sic. Ezechiel. j. ¶ Respondeo dicendum ꝙ cōueniēter beatus mattheus describitur in figura hominis. Ubi notandū ꝙ per facies q̄tuor quas vidit ezechiel in animali vno designātur quatuor euangeliste. seu quattuor euāgelia ab eis descripta de domino nostro iesu christo. facies autem designantur ꝑm materiā principalem cuiuslibet euangelij. quia licet quodlibet euangelium loquatur de omnibus quāsi que alia loquuntur. quodlibet tamen principaliter respicit vnā determinatam materiam. Unde sicut in facie aquile euangelium iohannis. quod describit precipue eius diuinitatem. In facie bouis euangelium luce. quod describit sacerdotium. In facie leonis euangelium marci. quod describit regnū. Ita in facie hoīs designatur euāgelium matthei. qz principaliter de xpi humanitate tractat. Designatur etiam mattheus per faciē hominis. qz homo est animal rationale mansuetum ꝛ ciuile. sic matthe⁹ vixit rationabiliter mansuete ꝛ ciuiliter. non ciuilitate politica. sed ciuilitate qua efficiunt̄ ciues sanctoꝝ domestici dei supedificati sup fundamentum apostolorum ꝛ ꝓphetaꝝ ꝑm ꝙ dicit apostolus ad epb. ij. ¶ Ad rationem in oppositum respondet̄ negando ꝓsequentiaz. qz alia ratione designatur in figura hominis mattheus ꝙ sit illa. non enim qz rationabilius. quia omnes sapientissime locuti sunt. sed ratione materie de qua principa-

liter in euangelio suo loquitur.

cauerunt vbiq; domino cooperā te et sermonem confirmante sequentibus signis. non aūt fiunt miracula semper ad demonstrādum gratiam eius per quam miracula fiunt. et ideo potest cōtingere q̄ aliquis gratiam gratum facientem non habens miracula faciet. sed hoc contingere nō potest q̄ aliquis falsam doctrinaz annuncians vera macula faciet que non nisi virtute diuina fieri possunt. sic enim deus esset falsitatis testis. quod est impossibile cum ergo xp̄s se filium dei diceret equalē deo. hanc eius doctrinam comprobant miracula que faciebat. et ideo ostendebat xp̄s per miracula que faciebat esse deus. Petrus aūt licet eavel maiora miracula faceret. nō pbabatur esse deus. sed per ea etiam pbabatur q̄ christus esset deus. qz petrus non predicabat seip̄m sed iesum christum esse deum.

In festo omnium sanctoꝝ est euāgeliuz. Videns iesus turbas z c. mathei. v. Circa qd̄ possunt disputari sequētes q̄stiones.

¶ Prima. vtrum beatitudo sanctorum consistat in visione dei p essentiam. ¶ Scda. vtrum beati videntes deum per essentiam videant omnia que deus videt.

¶ Tertia. vtrum beati in gloria prius feranť ad pstemplandā xp̄i diuinitatē q̄ eius humanitatez.

D primaz questionē sic pceditur. Et videť q̄ beatitudo sanctorum non consistit in visione dei per essentiā. ¶ Primo sic. beatitudo in bonis corporis consistit. ergo non in visione dei z c. cōsequentia est bona assumptuz pbatur. qz qd̄ a pluribus ōz impossibile est esse falsum totaliter vt cōmētator dicit. j. de anima. z pbs. vij. Etb. q̄ opinio nō perdiť quam populi multi famant. sed maior hominuz multitudo inclinatur ad querēdum corporales delectationes z corporalia bona quasi finem ergo finis humane nature in corporalibus bonis cōsistit. sed finem humane nature dicimus beatitudinem. ergo hominis beatitudo in bonis corporis querenda est. ¶ Secundo sic intellectus non potest ad hoc pertingere q̄ videat deum per essentiam. ergo sanctorum beatitudo non consistit in visione dei per essentiam. consequentia est bona. probatur assumptum. Primo sic. cum intelligibile sit perfectio intellectus oportet esse proportionem inter intelligibile et intellectum et visibile et visum. sed non possumus acci-

pere ꝓportionē aliquā inter intellectum nostrum et diuinā essentiam cum in infinitum distēt ergo intellect⁹ noster non potest pertingere ad essentiam diuinaz videndam. Secundo sic. plus distat sensus ab intellectu nostro q̄ intelligibile creatum a sensu. sz sensibile nullo modo potest pertingere ad creaturam rationalē spiritualez. ergo nec intellectus noster ad videndam diuinam essentiam. ¶ Tertio sic. quando cū q̄ intellect⁹ intelligit aliquid in actu oportet q̄ informet̄ per similitudinē intellectus quod est principium intellectualis operationis in tale obiectum terminate. si ergo intellectus noster deū intelligat. opz q̄ fiat p aliquam similitudinē informantē ipm intellectū. hoc aūt nō potest esse diuina essentia. qz forme ⁊ formati opz esse vnuz. diuina aūt essentia ab intellectu nostro differt ꝯz essentiam et esse. ergo opz q̄ forma qua informat̄ intellect⁹ noster in intelligēdo deū fit aliqua similitudo impressa a deo intellectui nostro. sz similitudo illa cū sit quid creatū non potest ducere in dei visionē nisi sicut effect⁹ in causaz. ergo impossibile est q̄ intellectus videat deū p essentiaz. ¶ Quarto principaliter arguit̄. Beati in patria videbunt deum per mediū. qz per lumen glorie ꝯm illō ps. In lumine videbim⁹ lumen. ergo nō videbūt deuz per essentiaz. ¶ Quinto sic. sancti in patria videbūt deum facie ad faciem. vt dz. ꝯ. Lor. xiij. sz qñ videmus facie ad faciez videm⁹ p similitudinez. ergo deus in patria videbit̄ p similitudinē. ⁊ sic nō p essentiā. ¶ In oppositū est euāgeliū presens. vbi dz. Beati mūdo corde quoniam ipsi videbūt deū. ¶ Scdo. ꝯ. Lor. xv. sup illud. cū tradiderit regnū deo patri. dicit glo. Vbi sez in patria essentiam patris ⁊ filij ⁊ spūssancti vdebūt qd̄ solis mundis cordib⁹ dabit̄ q̄ est summa beatitudo. ergo sācti deū p essentiā videbūt. ¶ Rñdeo dicendū. q̄ ꝯm fidē catholicā firmiter credendū est. q̄ beatitudo sanctor ꝯsistat in visione dei per essentiam. Ista ꝯclusio ꝓbat̄ primo ex illo. iobis. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt solū deū ⁊c. Scdo sic. sanctorū desiderū non potest omnino frustrari. sed sanctorum desiderium commune est vt videant deum per essentiam. vt ptz Exodi. xxxiij. Ostende mihi gloriā tuā. et in ps. Ostē de faciem tuā ⁊ salui erimus. Et iob. xiiij. Ostende nobis patrem et sufficit nobis. ergo sancti deū per essentiā videbūt. Tertio sic. (vt hr̄ q̄libeto. x. arti. vltimo.) Beatitudo enim est vltima pfectio rationalis creature. nihil aūt est finaliter pfectuz nisi attingat ad suuz principium ꝯm modum suum. Et ideo dico ꝯm modum suum. quia ad principium quod est deus attingit aliquis dupliciter. Vno modo per similitudinē

quod est commune omni creatu re. que scz tantuz hz de perfectio ne ꝓtum cõsequitur de diuina si militudine. Alio modo per ope rationem vt pretermittatur ille modus qui est christo singularis scz in vnitate persone. Dico autẽ per operationem inꝓtum ratio nalis creatura cognoscit ⁊ amat deum. ⁊ qz anima immediate fa cta est a deo. ideo beata esse non poterit nisi ĩmediate videat deũ i. absqz medio. ꝙ sit similitudo reicognite. sicut species visibilis in pupilla vel in speculo. non est tũ absqz medio. qd est lumen con fortans intellectum. quod est lu mẽ glorie. de quo in ps. In lumi ne tuo videbimus lumen. hoc au tem est per essentiam deum vide re. Ũ in hoc ponimus beatitu dinẽ rationalis creature. ꝙ deũ per essentiam videbimus. sicut philosophi q̃ posuerunt animas nr̃as fluere ab intelligentia agẽ te. felicitatem ponebant in cõti nua coniunctione intellectus no stri ad ipsaz. ¶ Ad rõnes in oppo sitũ. ¶ Ad primã rñdet negando assumptũ ⁊ ad pbationem rñdet ꝙ (vt hr̃. tiij. sen. di. xlix. q. j. ar. j. q. j. ad. j.) multozũ opinionẽ non est necessarium esse veraz simpli citer. sz ꝑm partez. multitudo au tem hominuz in bonis corporis ponentium beatitudinem ꝓtum ad hoc veram opinionem habet ꝙ illud quod optimum sibi existi mant. hoc suaz beatitudinem es se putant. ⁊ ꝓtum ad hoc eorum opinio vera est. scz ꝙ optimum hois est beatitudo. non autẽ opz ꝙ sit vera ꝓtũ ad hoc ꝙ ponũt eã in bonis corporis. qz hec opinio procedit ex falsa radice qua scz existimãt se esse principaliter id qd̃ sunt ꝑm corpus. ¶ Ad scdam rñdet. negãdo assumptũ. Et ad pbationẽ dicim⁹. ꝙ (vt hr̃ quolibe to. vbi. s. ad. j.) pportio dr duplí citer. Uno modo pprie ꝑm quod inportat quendaz determinatũ excessum. ⁊ sic pportior requirit inter intellectum ⁊ inter intelli gibile ad hoc ꝙ sit cognitio cum comprehẽsione. qualiter diuina essentia nunqꝫ videbitur ab intel lectu creato. Alio modo accipit communiter p qualibet habitu dine. ⁊ sic infinitum potest habe re proportionem ad finituz sicut eius perfectio. vel aliã hmõi ha bitudinem hz ad ipsum. ⁊ talis p portio sufficit ad hoc ꝙ intelle ctus noster videat essentiaz diui naz attingendo non cõprehendẽ do. ¶ Ad tertiam pbationẽ rñde tur distinguendo de duplici diffe rentia. vna est ꝑm cõuenientiam in natura. ⁊ sic conceditur ꝙ ma gis distat deus ab itellectu crea to ꝓ intelligibile creatũ a sensu. Alia est ꝑm pportionalitatem. ⁊ sic est econuerso quia sensus nõ est pportionatus ad cognoscen dum aliquod immateriale. sz in tellectus est pportionatus ad co gnoscenduz quodcunqz immate riale. et ita ratio non procedit. ¶ Ad quartam probationem re

spondetur negãdo cõsequentiã. ⁊ dicimus. ꝙ in visione qua beati deum per essentiã vident. ipsa essentia diuina est q̃si forma intellect⁹ qua intelligit. nec oportet ꝙ efficiatur vnũ simpliciter cum intellectu. sed solũ ꝙ fiant vnum q̃tus ad actũ intelligẽdi. ¶ Ad quintã principalem rationem respondetur negando consequentiã. Et ratio est. qꝛ lumen glorie nõ est mediũ quo sicut specie intelligibili videatur deus. Pro quo notandũ. ꝙ (vt habet quolibeto. vij. ar. j.) in visiõe corporali ⁊ intellectuali inuenit triplex mediũ. Primũ est medium sub quo videtur. hoc est qõ perficit visum ad videndũ ⁊ in generali nõ determinãs visum ad aliquod speciale obiectum. sicut se habet lumen corporale ad visus corporalẽ. ⁊ intellectus agens ad intellectũ possibilẽ. Secũdũ mediũ quo videtur est forma visibilis qua determinat vtercꝫ visus ad speciale obiectus. sicut p formam lapidis ad cognoscendum lapidẽ. Tertiũ est medium in quo videtur. ⁊ hoc est illud p cuius inspectionẽ ducitur visus in aliã rem. sicut inspiciẽdo speculũ ducit in ea que in speculo repꝛesentãtur. ⁊ videndo imaginem ducit ad imaginatum. ⁊ sic etiam intellect⁹ per cognitionẽ effect⁹ ducitur in causam ⁊ ecõuerso. In visione ergo patrie nõ erit tertium mediũ. vt sez deus per species aliorũ cognoscatur. sicut nunc cognoscitur ratione cuius dicim⁹ nunc videre in speculo. Nec erit ibi secũdũ mediũ. qꝛ ipsa essentia diuina erit qua intellectus noster videbit deum vt ex dictis patz. Sed erit ibi tãtuz primũ mediũ quod eleuabit intellectũ nostrũ ad hoc ꝙ possit cõiungi essentie increate modo predicto. sed ab hoc medio non dicit cognitio mediata. qꝛ nõ cadit inter cognoscentẽ ⁊ rem cognitam. sed est illud qõ dat modum cognoscẽdi. ¶ Ad sextã respõdetur negando ꝓsiam. Et ratio est. qꝛ non est similе. qꝛ creature corporales nõ dicũtur immediate videri nisi quãdo id qõ in eis cõiungibile est visui ei cõiungitur. nõ sunt autem cõiungibiles per essentiã suam ratione materialitatis. Et ideo tunc immediate videnꝫ qñ eorum similitudo intellectui coniungitur. Unde nõ videretur immediate nisi essentia sua cõiungeretur intellectui. ⁊ hec visio immediate dicitur visio faciei.

D secundã questionez sic pceditur. ⁊ videtur ꝙ videntes deum per essentiam videant oꝛa que deus in seipso videt. ¶ Primo sic Gregꝛ. iiij. dialogoꝛ dicit. Illic omnes cõmuni caritate deũ conspiciunt. quid est qõ nesciant vbi

scientes omnia sciunt. loquitur aũt de beatis q̃ videt deũ p essentiã: ergo videtur q̃ q̃ videt deus per essẽtiã oia cognoscet. ¶ Secundo sic. quicũq; videt speculũ videt ea que in speculo resultãt. sed in ꝟbo dei oia sicut in speculo resultant. qz ipsum est ratio ⁊ similitudo omniũ. ergo sancti q̃ vident verbũ per essentiã vident oia creata. ¶ Tertio sic. dicitur puerb. x. Desideriũ suum iustis dabitur. sed sancti desiderãt oia scire. quia oẽs hoies natura scire desiderant. j. metaphisice. nec natura per gloriã auferet. ergo dabitur eis a deo q̃ oia cognoscant. ¶ Quarto sic. Ignorantia est quedam penalitas vite presentis. sed omnis penalitas per gloriã a sanctis auferetur. ergo ⁊ omnis ignorãtia. ⁊ ita omnia cognoscent. ¶ Quinto sic. sicut sensus ita ⁊ intellectus cognoscit omne illud cuius similitudine informatur. sed diuina essentia expressius indicat quãlibet rem q̃ aliqua similitudo alia rei ergo in illa beata visione cũ essentia diuina fiat quasi forma intellectus nostri. videtur q̃ sancti videtes deum omnia videãt. ¶ In oppositum dicit dionysius vj. celestis hierarchie. q̃ angeli superiores inferiores a nescientia purgant. sed angeli inferiores vident diuinam essentiã. ergo angelus videns diuinam essentiam potest aliqua nescire sed anima non perfectius videt deum q̃ angelus. ergo sancti videntes deum non oportet q̃ videant omnia. ¶ Respondeo dicẽdum (iuxta sctm̃ thomã. iiij. sen. distinctiõe quadragesimanona. questiõe scda. arti. v.) q̃ duplex dicitur diuina cognitio. Una vocatur noticia visiõis qua cognoscit omnia que sunt vel fuerunt. ⁊ hec dicitur noticia visionis. qz ad similitudinem visionis corporalis cognoscit ea quasi presentia. Secunda cognitio que dicitur simplex intelligentia est qua cognoscit videndo suam essentiam omnia que potest facere q̃uis nunq̃ fecerit nec facturus sit. alias non perfecte cognosceret potentiam suam. nõ enim potest cognosci potentia nisi sciantur potentie obiecta. ⁊ hoc dicitur cognoscere noticia simplicis intelligentie. Hoc notato sit prima cõclusio. Impossibile est q̃ aliquis intellect⁹ creatus cognoscat omnia videndo diuinam essentiam que deus potest facere. Patet conclusio. quia hoc esset comprehendere diuinam essentiam. quod est impossibile. Patet sic. q̃to aliquod principium perfectius cognoscitur. tanto plura plura sciunt in ipso. sicut in vno demõstrationis principio ille qui est perspicacioris ingenij plures conclusiones videt q̃ alius qui est tardioris. cum ergo q̃titas diuine potentie attendatur fm ea in qua potest si aliquis intellect⁹ videret

in diuina essentia omnia que deꝰ potest facere eadem esset quantitas perfectionis in intelligendo que est quantitas diuine potentie in producendo effectus. ⁊ ita comprehenderet diuinam essentiam. quod est impossibile omni intellectui creato. Secunda cõclusio loquendo de scientia visionis. possibile est ꝙ aliquis intellectus creatus. vt anima xpi cognoscat omnia illa que scit notitia visionis. De alijs aũt sanctis vtrum videant omnia que deus videt scientia visõis est duplex opinio. Quidam dicũt ꝙ sic. sed hoc repugnat sanctoꝝ dictis qui ponunt angelos aliqua ignorare. quos tamẽ ꝓstat ꝑm fidez omnes deum per essentiam videre. Alij dicunt oppositum ꝑm quos sit illa tertia conclusio. Sancti videntes diuinam essentiam nõ vident oia que deus videt. Ista conclusio probatur ꝓmo sic Solus christus habet spiritũ nõ ad mensuram. vt dicitur iob. iij. sz xpo inquantũ habet spũm nõ ad mensuram cõpetit ꝙ oia in verbo cognoscit. Unde ibidem dicitur. ꝙ pater dedit omnia in manu eius. ergo nulli alij sanctorũ competit omnia cognoscere in verbo ꝙ christo. Scdo sic. Quãto aliquod principiũ perfectius cognoscit. tanto plures effectꝰ eius cognoscuntur ꝑ ipsum. sed quidam videntium deuz ꝑ essentiam ꝑfectius alijs cognoscunt deum qui rerum omniũ ꝓncipiũ est. ergo quidam alijs plura cognoscunt. ⁊ sic non oẽs sciũt oia ⁊ inde est ꝙ vnus potest aliuz instruere. et sic scientia angelorum et animarum sanctarũ potest augeri vsqꝫ ad diem iudicij. sed vlterius non ꝓficiet quia tũc erit vltimus status rerum.

¶ Ad ratiões in oppositũ. ¶ Ad primam rñdet negando cõsequẽtiam. et ad dictum Gregorij rñdet sanctꝰ thomas (iiij. sen. vbi s. ad. ij.) ꝙ ex verbo illo gregorij ostenditur ꝙ in illa beata visiõe est sufficientia ad omnia intuẽdũ ex parte diuine essentie ꝑ quam deus omnia videt. et ꝙ nõ omnia videantur est ex defectu intellectus creati qui diuinã essentiam non comꝑhendit. ¶ Ad secundã respõdetur. (vbi. s. ad. vj.) negãdo consequentiã. Et ratio est. qꝛ speculum illud est voluntarium et sicut se ostendet cui vult. ita i se ostendit que vult. nec est simile de speculo materiali. in cuius potestate non est ꝙ videatur vel non videatur. ¶ Ad tertiaz rñdetur negando ꝓsequentiam. Et ratio est. qꝛ desiderium sanctorum quo omnia scire desiderant implebitur ex hoc solũ ꝙ deuz videbunt. sicut desiderium eorũ quo omnia bona habere cupiũt implebit in hoc ꝙ deum habebunt sicut em̃ deus in hoc ꝙ habet perfectam bonitatem sufficit affectui. ⁊ eo habito omia bona quodammodo habebunt. ita eius visio sufficit intellectui. Job. xiiij.

Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis. ¶ Ad quartam rñdetur negando ꝓsequentiam. Et ratio est. qꝛ ignorantia dupliciter accipitur. Uno modo proprie accepta in ꝓuatione sonat. et sic est pena. sic eñ ignorantia est nescientia aliquoꝝ que scire debent. vel que necesse est scire. et hoc modo ignorantia nõ ponitur in sanctis. qꝛ nullius horum scientia sanctis deerit in patria Alio modo ignorantia accipiꝯ communiter ꝑ omñi nescientia. et sic angeli et sancti in patria q̃dam ignorant. Unde Dionysius dicit. ꝙ angeli a nescientia purgãtur. Sic autez ignorantia nõ est penalitas. sed defectꝰ quidã. Nec est necesse ꝙ oꝯs talis defectus ad gloriaz auferaꝯ. sic etiã posset dici ꝙ defectus est in vno quia non peruenit ad gloriaz alterius. ¶ Ad quintam rñdeꝯ. negando ꝓsequentiam. Et ratio est qꝛ q̃uis diuina essentia sit ratio omnium cognoscibilium. nõ tñ ꝓiungiꝯ cuilibet itellectui creato ꝑm ꝙ est ratio omniuz. ⁊ ideo ratio non sequitur.

D tertiaz questionez sic ꝓcediꝯ. Et videtur ꝙ beati prius feranturad cõtemplandum xp̃i humanitatem q̃ ad ꝓtemplandũ christi diuinitatẽ. ¶ Primo sic. Ad extremũ non peruenitur nisi per medium. sed mediuz inter deum ⁊ homines est xp̃i humanitas. j. Thi. ij. Mediator dei ⁊ hominuz xp̃s iesus. ergo sancti nõ peruenient ad contemplandam christi diuinitatem nisi prius contemplando humanitatem eius. ¶ In oppositum est euangelium presens. vbi dꝛ. Gaudete ⁊ exultate quoniaz merces vestra multa est in celo Et sic constituti debent in potissimo ⁊ altissimo statu. et quo sic arguiꝯ. Altissimo eñ statui altissimus actus p̃nciparliter ⁊ primo cõpetit. sed beati sunt in altissimo statu. cum ergo actus intellectus qui est potẽtia altissima cuiꝰ est ferri in deũ sit actus altissimus. videꝯ ꝙ hic actus primo beatis competat vt deum contemplentur. ¶ Respõdeo dicendum (iuxta sanctum thomam quolibeto. viij. ar. vltimo.) ꝙ sancti in gloria prius feruntur ad ꝓtemplandã xp̃i diuinitatem. q̃ eius humanitatem. Ista ꝓclusio ꝑbaꝯ ꝑmo sic. Hoc ad imperfectionẽ vie pertinet ꝙ oportet nos ab inferioribus ad superiora ꝓtemplanda ascendere. sed in beatis erit ꝑfectio contraria perfectioni vie. ergo ipsi econuerso per ꝑus altiora ꝓtemplantur. ergo beati existẽs supra in patria primo xp̃i diuinitatez contemplaꝯ q̃ eius humanitatez. ¶ Secõo sic. vnusquisq̃z priꝰ cõsiderat regulam operis q̃ ꝑm regulam operetur beati aut deo

sunt cõiuncti vt ipse sit eis ratio cuiuslibet cognitionis et operis aliter enim actus beatitudinis p alias cognitiones ⁊ operatiões impediretur. ⁊ ideo id qd primo beati attẽdunt est ipse deus ⁊ ipsum habent medium cuiuslibet cognitionis et regulam cuiuslibet operationis. et sic per prius contemplãtur xpi diuinitatem. q̃ eius humanitatem. In vtraq; tñ contemplatione delectatione inueniunt. Unde dicitur. iob. x. Ingredientur scz beati ad contemplandum diuinitatez. et egrediẽtur ad contemplandum eius humanitatem ⁊ vtrobiq; pascua inuenient. id est. delectatione. vt exponitur in libro de spiritu ⁊ anima. ¶ Ad rationem in oppositũ respondetur. q̃ ratio illa procedit quantũ ad statum vie. in qua nõdum sumus deo pfecte coniuncti. sed oportet nos p xpm ad deum ascendere. sed cũ iam deo in beatitudine coniuncti erimus. tũc principiendemus xpi diuinitatem q̃ humanitatem.

In die omnium mortuorum. est euangelium. Dixit ibs turbis ⁊c. Joh. v. Circa qd possunt disputari sequẽtes qstiones.

¶ Prima. vtrũ iudiciaria potestas qua iudicandi sunt mortui in futuro iudicio conueniat xpo fm qd homo. ¶ Secunda. vtrum suffragia fidelium viuorum prosint defunctis. ¶ Tertia. vtrum suffragia facta p malos siue p pctores prosint. ¶ Quarta. vtrum vox xpi quam audient mortui erit causa resurrectiõis omnium eorum.

D primam questionẽ sic. procedit. Et videtur q̃ iudiciaria potestas qua iudicãdi sũt mortui i futuro generali iudicio nõ conueniet christo fm qd homo. ¶ Primo sic. Dicit augustinus li. de vera religione. q̃ iudiciuz attribuitur filio inquãtum est ipse lex prime veritatis. sed hoc pertinet ad xpm fm qd est deus. ergo iudiciaria potestas non cõuenit christo fm qd homo. ¶ Secũdo sic. Iudiciuz auctoritatez requirit. sz auctoritas super viuos et mortuos est in xpo fm qd deus. sic enim est deus ⁊ creator omniũ. ergo potestas ⁊c. ¶ Tertio sic. Ad iudiciariam potestatem pertinet premiare bene agentes sicut punire malos. sed premium bonorum est beatitudo eterna. quae non datur nisi a deo. dicit enim augustinus super iohannem. q̃ participatione dei fit anima beata. ergo videtur q̃ iudiciaria pote-

stas non.ergo ꝛc. ¶ Quarto. Ad iudiciariam potestatem christi pertinet iudicare occulta cordis. sm illud.j.ad Cor.iiij. Nolite añ tempꝰ iudicare quousq; veniat dominus qui illuminabit abscõdita tenebrarum.ꝛ manifestabit consilia cordium. sed hoc pertinet ad solam virtutem diuinam. vt patet.ergo ꝛc. ¶ In oppositum est euangelium pſens.vbi dicit. Potestatem dedit ei iudicium facere.qꝛ filiꝰ hominis est. ¶ Respondeo dicendum. q̃ iudiciaria potestas conuenit xpo. et sm qõ deus.ꝛ sm quod homo. Ista conclusio declaratur sic.(iij.p.q.lix. ar.ij.circa medium.) Quamuis apud deum maneat pmaria auctoritas iudicandi. hominibus tamen cõmittitur a deo iudiciaria potestas respectu eorꝫ q̃ eorũ iurisdictioni subijciũtur. vt dicitur Deutero.j. Quod iustũ est iudicate. Et postea subdit quia dei est iudicium cuius sez auctoritate vos iudicatis. Cũ autẽ xps in humana natura sit caput totius ecclesie.ꝛ q̃ sub eius pedibꝰ deꝰ omnia subiecit, sequit q̃ ad eum pertinet etiam sm humanã naturam habere iudiciariam potestatem. ¶ Et hoc quidẽ ꝓpter tria. Primo propter ꝓuenientiam et affinitatem ipsius ad homines sicut enim deus per causas medias tanq̃ propinquiores effectibus operatur. ita iudicat per hominem christum homines vt sit suauius iudiciũ hominibus. Unde apostolꝰ dicit ad heb. iiij. Non habemus pontificem. qui non possit compati infirmitatibus nostris ꝛc. Secundo qꝛ in finali iudicio. vt augustinus dicit.erit resurrectio corporꝫ mortuorum que suscitat deus per filium hominis.sicut per eundem christum suscitat animas inquãtum est filius dei. Tertio qꝛ vt Augustinus dicit in libro de verbis domini.rectum erit vt indicandi vident iudicem. Iudicandi enim erunt boni ꝛ mali.restat vt in iudicio forma serui bonis et malis ostendatur. forma autem dei solum bonis seruetur. ¶ Ad ratiões in oppositũ. ¶ Ad primam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. qꝛ (vt hẽ vbi.s.ad pmũ.) lz iudiciũ pertineat ad veritatẽ sicut ad regulaz iudicij.pertinet tñ etiã ad hominẽ qui est imbutꝰ veritate sm q̃ est vnuz quodammodo cũ ipsa veritate quasi q̃dã lex ꝛ q̃dã iustitia animata.anima autem christi per ceteris creaturis magis fuit vnita veritati et magis ea repleta.sm illud. Johannis.primo. Vidimus eum plenum gratia et veritate. ergo ad animam christi maxime pertinet omnia iudicare. ¶ Ad secundam respõdetur.negando consequentiam. Et ratio est.quia sicut in xpo sm diuinam naturam est auctoritas domini respectu vniuersalis creature ex iure creationis. ita in ipso sm humanam naturam,

est auctoritas domini quā promeruit per passionez. ⁊ est quasi auctoritas secūdaria ⁊ acqsita. sed ꝑma est naturalis ⁊ eterna. ¶ Ad tertiā respōdetur negādo consequentiā. Et ratio est. quia ly solius dei fit ꝓticipatione animas beatas facere. nihilominꝰ adducere hoīes ad beatitudinē incp̄tum est caput ⁊ auctor salutis, eorum est xpi ꝑm illud ad hebreos. ij. Qui multos filios in gloriam adduxerat. auctorē salutis eorum per passionē cōsummari. ¶ Ad quartam respōdetur negando minorē. Dicimus enim ꝙ cognoscere occulta cordium et dijudicare per se pertinet ad solum deum. sed ex influentia diuinitatis ad animam xpi conuenit etiam ei cognoscere ⁊ dijudicare occulta cordium. Et ideo dr ad Ro. ij. In die cum iudicabit deus occulta hominū per iesum xpm. Et ita compilando omnes rationes. iudiciaria potestas cōuenit christo.

D secundā questionem sic pcedit. Et videtur ꝙ suffragia viuorꝝ non prosint defunctis ¶ Primo sic. suffragia per vnū facta non possunt alij prodesse. ergo ⁊c. assumptū probatur sic. dr Bal. vj. Que seminauerit homo hec et metet. ⁊ si vnus ex suffragijs alterius fructū cōsequeret metet ab alijs seminata. ¶ Scdo sic. ad iusticiā dei ptinet vt vnicuiq; tribuatur pro meritis. Vñ psal. Tu reddis vnicuiq; ꝑm opera sua. sed iusticia dei deficere est impossibile. ergo impossibile est ꝙ vnus ex operib⁹ alteri⁹ iuuetur. ¶ Tertio sic. dicit in euāgelio presenti. Qui bona egerūt ibunt in resurrectionē vite. qui vero mala ī resurrectionē iudicij. id est ꝓdemnationis. ¶ Quarto sic. proficere ex opere aliquo est in via existentis. sed hoīes post mortem non sunt viatores. ergo mortui nō possunt viuorū suffragijs adiuuari. ¶ Quinto. nullus iuuatur ex opere alteri⁹ nisi fit aliqua vite cōmunicatio inter eos. sed nulla est cōicatio mortuorū ad viuos ꝑm pbm. j. Ethi. ergo suffragia viuorꝝ non psunt defunctis. ¶ In oppositū est qd habet. ij. machab. xij. Sancta ⁊ salubris est cogitatio pro defunctis exorare. ¶ Respōdeo dicendum sub duabus cōclusionibus ¶ Prima est. suffragia per vnus facta ꝓdesse possunt alijs. Ista conclusio (vt habetur. iiij. sentē. distin. xlv. q. ij. arti. ꝑmo. argum. in contrariū.) ꝓtz primo ex illo. psal. Participem me fac deus omniū timentiū te. Ratione sic. Oēs fideles caritate vniti sunt vnius corporis mēbra. sed vni membrorꝝ iuuat ꝑ alterū. ergo vnus hō ex alterius meritis pōt iuuari. ¶ Scda conclusio. mor-

tui possunt iuuari ex operib⁹ viuorũ. Ista ꝛclusio ptz ex ꝛsuetudine laudabili ecclesie que orat ꝓ defunctis. si ergo ecclesia non decipit.ergo suffragia viuoꝝ valent defunctis. Itez dicit augu. libro de cura agẽda ꝓ mortuis. Officia ⁊ sacrificia que offerun tur ꝓ non valde malis sunt propiciationes. Ratione sic. Sicut se habent orationes sanctorũ ad viuos.sic viuoꝝ ad mortuos.sed sancti mortui impetrant nobis bona et nos adiuuãt.ergo ⁊ viui possunt bonis operibus suis iuuare mortuos. Confirmat.caritas que est vinculũ vniens membra ecclesie non solum ad viuos se extendit.sz etiã ad mortuos q̃ in caritate decedunt (vt hr̃.iij. sen.q.ij.) Caritas em̃ vita corporis non finitur.j. Cor.xiij. Caritas nũq̃ excidit. Similiter mortui in memorijs hoim viuentiuz viuunt ⁊ ideo intentio viuentiũ ad eos dirigi potest. Et sic suffragia viuorum dupliciter mortuis prosunt sicut ⁊ viuis.⁊ ꝓpter caritatis vnionẽ. ⁊ ꝓpter intentionem ad eos directaz. Nec tñ eis sic valere credẽda sunt viuorum suffragia vt status eorum mutetur de miseria ad felicitatez.vel econuerso.sed valent ad diminutionem pene vel aliquid hmõi. quod statum mortui non trasmutat. ¶ Ad rationes in oppositz. ¶ Ad primã respondetur. negando consequentiã. Et ratio est.qz (vt habet vbi.q.j.ad.j.) messio est perceptio vite eterne.sicut habetur iobis.iiij. Qui mettet fructum congregat in vitam eternã fructus autẽ vite eterne non datur alicui nisi ꝓ operibus ꝓprijs qz si aliquis alteri impetret vt ad vitaz perueniat.nunq̃ tñ hoc fit nisi mediantibus operibus ꝓ prijs . dum scilicet precibus alicuius gratia alicui datur ꝓ quã meretur vitam eternã. ¶ Ad secundam respondetur.negãdo cõsequentiaz. Et ratio est.qz opus quod ꝓ aliquo fit efficitur eius ꝓ quo fit. et similiter opus eius qui mecum est vnum est quodam modo ⁊ meum. Unde non est cõtra diuinã iusticiam. si vnus fructum percipiat de operibus factis ab eo qui est secum in caritate.vel ab operib⁹ pro se factis hoc etiam fm humanaz iusticiã conuenit vt satisfactio ꝓ alio accipiatur. ¶ Ad tertiaz respondetur.q̃ presens euangeliuz in nullo contradicit suffragijs.bene tñ innuit q̃ suffragia non valẽt ad mutationem status sicut dictum est. ¶ Ad quartam respondetur. negando cõsequẽtiam . Et ratio est.qz (vt hr̃.s̃.q.ij.ad.ij.) q̃uis anime separate non sunt simpliciter in statu vie.sed q̃tuz ad aliquid adhuc sunt in via . inq̃tum scz eorum progressus adhuc retardatur ab vltima retributione et ideo simpliciter eorum via est circumsepta vt non possint vlterius per aliqua opera transmutari fm statum felicitatis ⁊ mise

rie. sz ꝓtuz ad hoc nõ est circũsepta quin ꝓtũ ad hoc ꝙ detinent ab vltima retributiõe possint ab alijs iuuari. qz fm hoc adhuc sũt in via. ¶ Ad quintã rñdet. negãdo ꝓsequentiã. Et ratio est. qz ꝓnis cõmunicatio ciuiliũ operuz de qua philosophus loquit non possit esse mortuoꝝ ad viuos. qz mortui extra vitã ciuilẽ sunt. potest tñ eoꝝ esse cõmunicatio quãtum ad opera spiritualis vite q̃ est per caritatẽ ad deuz cui mortuorum spiritus viuunt.

D tertiam questionez sic proceditur. Et videtur ꝙ suffragia p peccatores siue per malos facta ñ prosunt illis pro quibus fiunt. ¶ Primo sic. Job. ix. Scimus qz pctõres deꝰ nõ exaudit. si orationes eorũ ꝓdessent illis p quibus orant exaudirent a deo. ergo suffragia eorũ ꝛc. ¶ Scõdo sic. dicit Grego. Cũ is qui displicet ad intercedendũ mittit irati animus ad deteriora ꝓuocatur. sz quilibet peccator deo displicet. ergo p peccatorũ suffragia deꝰ ad misericordiam nõ flectitur. ꝛ ita talium suffragia nõ ꝓsunt. ¶ Tertio. nulluz opꝰ est satisfactoriuz nisi qõ fit ex radice caritatis. sz illud non fit sic. qz fit a malo. ergo non satisfacit. ¶ Quarto sic. iste pctõr non est membrũ ecclie ergo nullã hz connexionẽ cũ illo qui mortuus est. ergo opus eius est omnino alienũ ab ipso defuncto. ergo nihil ei ꝓdest. ¶ In oppositũ arguitur sic. nullus potest scire ꝓ certo vtrũ sit in statu gratie vel culpe. si ergo illa tantum suffragia ꝓsunt que fiũt per eos qui sunt in gratia. nõ posset homo scire per quos suffragia conqreret suis defunctis. ꝛ ita multi a suffragijs faciendis retraherent. ¶ Scõdo sic. dicit augu. fm hoc iuuatur aliquis mortuꝰ suffragijs ꝙ dum viueret meruit vt iuuaretur post mortẽ. ergo valor suffragiorum mensuratur fm cõditionem eius pro quo fiunt. nõ ergo differt vtruz per malos vel bonos fiant. ¶ Rñdeo dicenduz ꝙ suffragia facta p malos. si sint facta per opera sacramẽtalia. vt est celebratio misse. aut sint facta in persone ecclesie. aut ex ordinatione mortui decedentis in caritate. ꝓsunt illis pro quibus fiunt. Pro qua conclusione notãdum. ꝙ (vt habet. iiij. sen. di. xlv. ar. j. q. iij.) in suffragijs que fiũt per malos duo possunt ꝓsiderari Primo ipsum opus operatũ. sicut sacrificium altaris. ꝛ qz nostra sacramenta ex seipsis efficaciam habent. absqz opere operantis que equaliter explentur per quoscunqz fiant. ꝓtuz ad hoc suffragia per malos facta defũctis prosunt. Alio modo possunt considerari ꝓtum ad opus operans. ꝛ sic distinguendum est. qz opera

tio peccatoris suffragia facientis. potest vno modo considerari vt est eius. & sic nullo modo meritoria esse pōt. nec sibi nec alijs. Alio modo inq̃tum est alterius quod dupliciter conuenit. Vno modo inq̃tum peccator suffragia faciens gerit personaz eccle sie totius. sicut sacerdos dum dicit in ecclesia exequias mortuorum. et quia ille intelligitur facere cuius nomine vel vice fit. vt patet per dionysium. xiij. celestis hierarchie. Inde est q̃ suffragia talis sacerdotis q̃uis sit peccator. defunctis prosunt. Alio modo quando agit vt instrumentuz alterius. opus enim instrumenti est magis principalis agentis. Unde q̃uis ille qui agit vt instrumētum alterius non sit in statu merendi. actio tamen eius potest esse meritoria ratione principalis agētis. sicut si seruus in peccato existens qōcunq̃z op' misericordie facit ex precepto dñi sui caritatez habentis. Ñ si aliquis in caritate decedens precipiat sibi suffragia fieri. vel alius precipiat caritatem habens illa suffragia valent defuncto q̃uis illa per quos fiant in peccato existant. magis tamen valerent si in caritate essent. quia. tūc ex duabus partibus opera illa meritoria essent. ¶ Ad ratiōes in oppositum. ¶ Ad primam respondet negando consequentiam. Et ratio est multiplex. Primo. qz oratio p peccatores facta quandoq̃z non est peccatoris. sed alterius & ideo fm hoc digna est vt a deo exaudiatur. Tum secundo. quia quandoq̃z deus peccatores audit scz quando peccatores aliqd deo acceptum petunt. non enim solis iustis. sz etiaz peccatorib' de' bona sua ꝓuidet. vt ꝑz matt. v. non aūt ex meritis eorꝫ. sed ex sua clementia. Et ideo iob. ix super illud. Peccatores nō audit. dicit glo. q̃ loquitur vt inunctus id est. nō plene illuminatus. siue non adhuc plene videns. ¶ Ad secundam respondetur. negādo cōsequentiam. Et ratio est. qz q̃uis ex parte eius cui displicet oratio peccatoris nō est accepta. tamē ratione alterius cuius vice vel imperio agit potest deo esse accepta. ¶ Ad tertiam rñdet. negādo ꝓsequentiaz. qz opus illud ex parte eius cuius vice vel imperio fit ex radice caritatis ꝓcedit. ¶ Ad quartam respōdetur eodē modo. q̃ ille cuius vice aut mandato fiunt suffragia est mēbruz ecclesie ex caritate vnitum eis ꝑ quibus suffragia fiūt. & hoc sufficit. licet minister sit a corpore ecclesie caritate separatus.

D quartaz q̃stionē sic ꝓcedit. & vt q̃ vox filij dei nō sit causa resurrectionis mortuorū. ¶ Primo sic. Resurrectio fiet subito.

cum dicat Damas. q̃ diuina virtute fiet que est infiniti. sed vox illa mensurat tẽpore nec est potẽtie infinite. ergo resurrectiõis causa esse nõ potest. ¶ Scdo sic. vox illa quã dicũt audituri mortui aut audiẽt anteq̃ resurgent. aut post. si ante. ergo anteq̃ viuent audient. si aũt post. vox illa non fuit causa resurrectionis. ¶ Tertio sic. qñ dat potẽtia siue virtus alicui q̃uis miraculose datur. opus tñ egrediẽs ab illa erit naturale. sicut ptz in ceco illuminato. si ergo dicat q̃ voci illi fit data aliqua virtus. sequtur q̃ resurrectio erit naturalis. qd̃ falsuz est. ¶ In oppositũ est euãgeliũ p̃sens. vbi dicit. Mortui audient vocẽ filij dei. ¶ Rideo dicendũ. q̃ vox ministerialiter erit causa resurrectionis corporuz mortuorũ. Ũñ apl's. j. Thes. iiij. q̃ dñs in tuba dei descendet de celo. ⁊ mortui qui in xpo sunt resurgẽt. Rõne potest sic ꝓbari. Illud est causa excitatiõis i dormiente quo audito excitat. sed mortui in monumẽtis excitabũtur auditu vocis filij dei. vt ptz in euangelio. ergo vox illa erit causa resurrectiõis. Pro cuius ꝛclusionis pleniori intelligẽtia notandũ iuxta sanctũ tho. (iiij. sen. di. xliij. ar. ij. q. ij.) q̃ oportet causaz effectui aliquo modo cõiungi. qz mouens ⁊ motũ faciẽs est factũ simul sunt. vt ꝓbat. vij. phisicorũ. xps autez resurgẽs est causa vniuoca nre resurrectionis. Unde oportet q̃ in resurrectione corporũ cõi aliquo signo corporali dato xps resurgẽs operetur. Qd̃ quidẽ signũ vt quidez dicunt ad litterã est vox xpi resurrectionẽ imperãtis. sicut imperauit mari ⁊ cessauit tẽpestas Mat. viij. Quidam aũt dicũt q̃ hoc signũ nihil aliud est q̃ ipsa presentia euidẽs filij dei in mũdo. Sed nobis melior videtur prior sententia ⁊ littere magis cõformis. ⁊ hec vox quecũq̃z fit qñq̃z dicit clamor quasi preconis ad iudiciũ citantis. qñq̃z aũt dicit sonus tube. vel ꝓpter euidentiã vel ꝓpter cõueniẽtiã ad vsus tube. que erant in veteri testamento. tuba eñ ꝓgregabãtur ad ꝓfiliũ. cõmonebant ad belluz ⁊ vocabant ad festũ. resurgẽtes aũt ꝓgregabũt ad ꝓfiliũ iudicij. ad preliũ quo orbis terrarũ pugnabit ꝓtra insensatos. vt dicit Sap. v. ⁊ ad festũ eterne solẽnitatis. ¶ Ad rõnes in oppositum. ¶ Ad primã rñdetur negãdo cõsequentiã. Et ratio est. qz lz sonꝰ mensuret tẽpore. nihilominꝰ sicut dicit de formis sacramẽtorũ in vltimo instãti platiõis. effectu suũ habet. ⁊ sic resurrectio fiet subito. q̃tum ad id qd̃ in ea fiet virtute diuina lz quo ad id quod fiet misterio angelorũ nõ fiet in instanti. si instans dicat indiuisibile tẽporis ⁊ tñ in instãti pronunciat iperceptibile tẽpus. ¶ Ad scdaz rñdetur. Uno modo q̃ ibi audire dicit. i. obedire. quia au-

diēt.i.obediēt voci filij dei. vox
eēm expssiua est iteriozis pcept⁹.
tota aūt natura ad nutuz obedit
volūtati diuiez pceptōi.sicut au
diuit Lazar⁹ qñ dictū est ei. Ve
ni fozas.et reuixit. vt ōz iob. xj.
Alio mō rñdet iuxta sanctū tho
mā(iij).sen.vbi.s.ad.ij.)qz sicut
fozme sacramētozhsit⁹tutē san
ctificādi.nō ex hoc q audiūt. sz
ex hoc q pferunt.ita illa vox ḋc
quid sit habebit efficaciā instru
mentalē ad resuscitādū. nō ex ꝗ
q sentit sed ex hoc q pfert, sic
etiā vox ex ipsa impulsione aerz
excitat dozmiētē soluēdo orga
nū sētiēdi nō ex hoc q cognosca
tur.qz indiciū de voce pueniēs
ad aures sequit excitationēz nō
est causa ei⁹.et ita vt dicit dñs bo
nauētura in.iiij. Vox illa audie
tur simt tpe qñ mozrtui resurgūt.
pri⁹tū natura resurgūt.q audiāt
ratione iaz dicta. ¶ Ad tertiam
rñdet negādo pñaz.Et ratio est
qz virt⁹ illa data voci non est ei⁹
pfectū in natura. sz ē talis.q̄lis
est informis sacfoz.Assumptuz
aūt esset verū qñ potētia sive ⁹t⁹
que datur ex ens completū in na
tura sicut est potentia data ceco
illuminato.

N festo sā
cti martini ē
euangelium.
Sint lūbi ve
stri ꝛc.Luce.
xij.de quo di
sputat sicut ī
festo beati nicolai. Nūc querit.

Trum il
lud sit verum
aut pueniens
dictum q ex
pectantes do
minū reuersu
rū xps faciet
eos discūbere ꝛtransiens mini
strabit illis. Et videt q nō ¶ Pri
mo sic.Discubitus est acommo
data corporis dispositio in iacē
do vel sedendo.sed talis corpa
lis discubit⁹ non cōuenit aiabus
sanctoz q̄ sunt spiritus in corpo
rei.ergo nō videtur cōueniens.
¶ Scdo sic.Christus est imobi
lis semp stabilis dans cūcta mo
ueri.vt dicit boetius. Et in ps.
Tu aūt idem ipse es. ergo nō vi
detur pueniente dictum q tran
siens ꝛc. ¶ Tertio sic. Si mini
strabit.querit aut idē omib⁹ aut
varia diuersis.nō videt idez.qz
vt videt tunc omēs equaliter es
sent beati.qd est falsum.Luz eēm
premiuz rñdeat merito. ꝛ multi
sint excellentiozis meriti q̄ alij.
necessario non erunt oēs equali
ter beati.si varia.ergo sequit q
non erit vna beatitudo oīz. ¶ In
oppositum est euangeliuz. ¶ Re
spondeo dicendū. q hoc verissi
mum est bene intellectū. dñs eēm
spiritualia loquit sub similitudi
ne rerum corporaliuz vt nos in
teligere valeam⁹. ¶ Ad rationes
in oppositum. ¶ Ad primam re
spondet.q ꝗ illū discubitum in

tellignt sedes ⁊ mansiones parate sctis i illo beatitudinis prãdio, de quibus dr. Jo. xiiij. In domo patris mei multe mãsiones sunt. qd Augu. exponit de varijs dignitatibus ꝓmiorꝫ. ¶ Ad secũdam rñdetur iuxta Albertũ magnum sup Lucã. xij. q ꝛp̃s transibit triplici trãsitu in gloria ministrando. scz transitu corporali secundo mẽtali tertio simul corporali ⁊ mentali. Corporali quidem transibit i seipso qñ post iudicium de aere in quo occurrent ei beati in celum cum eis mouebitur. j. Thessal. iiij. Simul rapiemur cum illis obuiam christo in aera. Mentali aũt transitu non trãsibit in se sz in sanctis quãdo nouis illuminationibus reficiet sanctos Ecc̃. xxiiij. Trãsite ad me omnes q̃ cõcupiscitis me. Simul aũt corporali ⁊ mentali transibit etiã in sanctis quãdo sensibus corporis exhibebit gloriam corporis. ⁊ mentib' exhibebit gloriam diuinitatis. Job. x. Per me si quis itroierit saluabitur. ⁊ ingredietur et egredietur et pascua inueniet Exponit augustinus. Foris egrediẽs pascetur in saluatoris humanitate. et intus ingrediẽs pascet in creatoris diuinitate. ⁊ sicvtrobiq; pascua inueniet. ¶ Et sic respondet ad tertiam q idem ministrabit omnibus. omniũ eñ beatitudo vna sicut vnus denarius. licet non equaliter omnes illam participent.

In festo sãcte katherine est euangeliũ. Simile ẽ regnum celorꝫ. matthei. xiij. Circa qd potest disputari sequẽs questio.

Cum beata katherina emit agrum in quo erat thesaurus absconditus. Et videt q' non. ¶ Primo sic. Quia ager ille in q̃ ascõditi sunt omnes thesauri sapiẽtie ⁊ scientie dei est xp̃s Col. ij. sed xp̃s nõ est emibilis. ergo ꝛc. ¶ Scdo sic. xp̃i pcio katherina et omnes fideles sumus empti. ꝟm illud. j. Corꝫ. vj. Empti eñ estis pcio magno glo. xp̃i sanguine. ergo nõ videt ꝓuenienter dictum q xp̃s emptus fit a quocũq; nostrum. ¶ In oppositꝫ videtur euangelium. qd in huiusmodi sctẽ festiuitate legitur. q beata katherina fuerit illa q̃ agrꝫ emit in quo thesaurus esset absconditus vt haberet illũ. ¶ Respondeo dicendum. q emptio in presenti dr metaphorice. qr vbi est aliqua commutatio ibi videtur aliqua emptio. Cum aũt sancti ꝓtemnũt oia terrena p xp̃o. ⁊ propriam vitam exponit ꝓpter ipsum dicuntur emere christum iuxta illud apostoli ad Phil. iij.

Omnia scz mūdana detrimentū feci. ⁊ arbitror vt stercora vt xp̄z lucrifaciam. et vt inueniar in illo. ⁊ ambro. determinās illd̄ Ysa. lv. Omnes sciētes venite ad aq̄s et qui nō habetis argentum ite emite ⁊c. Dicit. sic. Nec em̄ p̄ciū quesiuit a nobis q̄ sanguinis sui precium soluit. qz non auro nec argento sz p̄cio nos redemit sanguine. ergo idem p̄cium debes quo empt⁹ es. eme xp̄m tibi. non eo qd̄ pauci habēt sed eo qd̄ oēs habent p naturaz. suū est qd̄ a te xp̄s reposcit. ipse oibus vitā dedit. ipse p omnibus mortē suaz obtulit. solue p auctore qd̄ solutum est lege. nō mediocris ꝓtractus est. hec ambrosius Cum ergo beata katherina ꝓtempta oī dignitate vitam suā p xp̄o ꝓstantissime dederit recte emisse agrū i. christū in quo thesaur⁹ abscon ditus est d̄r. ex quo agro sumpsit thesaurum diuine sapientie qua maxime vsa est in defensione fidei in ꝓfutatione idolatrie. in disputatione ꝓtra rethores. quib⁹ vnum solum deest verū esse ꝓbarit et deos falsos omnes esse cōuicit Inde sumpsit thesaur⁹ sciētie naturalis. qua maxime vsa ē in disputatione cōtra impatorē. vt patet in legenda. Tertio sumpsit inde noticiam scientie metaphisice. et hoc in contemptu terrenor⁹. hec em̄ scientia speculat formas sine materia hāc habuit quando animum suum a materialium rerum amore subtraxit qua vsa est qſi oratores ⁊ reginā et milites ad ꝓtemptum mundi et despectum sui ⁊ desideriū regni celestis animauit. et in martyrio ꝓfortauit. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primā rūdetur negando assumptum. quoniam modo predicto xp̄s emibilis est. ¶ Ad scd̄am respōdetur negādo consequentiam. Et ratio est. qz non est idem emptionis quo xp̄s dicitur suo sanguine nos emisse et quia fide et deuotione nos eū amplectemur. vñ ābro. Nemo reatur qui argentum non habet non querit christus argentū. sed fidem que argento p̄ciosior est.

¶ Finiunt questiones euāgeliorum tā de tempore q̄ de sanctis domini Johannis de turre cremata Cardinalis feliciter. Impresse lugd̄. per iohānem de vingle. Anno nostre salutis. M. cccc. nono. die ꝯo. xviij. mensis Januarij.

Laus deo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] qui ibra
le [illegible] audit [illegible] civitatem.
Ecce quoq; ferri secum germani et
uxis anima. Qui [illegible] de ut iudi
cis [illegible] [illegible] [illegible]
sine [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible]
accepit fructu iudicat. [illegible]
patri qui precaus tui [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
nostris [illegible]. Petit diem ca
[illegible] ut [illegible] ad [illegible]
[illegible]. [illegible] pro
phetis adescent sanctis qui tam
fuerit prophetia quam [illegible] de [illegible]
gratia. [illegible] [illegible].
Ait [illegible] dixit [illegible] petri
ad [illegible]. Ecce nos reliquimus om
nia [illegible] sum [illegible]. Ad [illegible] erit
novis. [illegible]
[illegible] ad [illegible] petrus [illegible] divis
difficile intrat in regnum celo
[illegible] [illegible] cum suis discipulis ad [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
6021

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN